М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ Г.
Шкафъ 3. Полка 6
№ 31.

№ 4.

M.
233.

Privileg
Cessionū
Transa

R

Serenissim

Al

Dei Gratia
ctæ Ducæ

C

Illmi et Exc
choviæ Mala

P

Illmi Excellmi
Wodzicki

N

Inosi Ign
rum Mes
fecti Sacræ

Annot

I.

ACTA

Privilegiorum, Inscriptionum
Cessionum, Donationum, variarumq;
Transactionum

REGNANTE

Serenissimo ac Potentissimo Principe

AUGUSTO III

Dei Gratia Rege Poloniæ, M. D. Litt.
etc. Duce Saxoniæ, & Principe Electore.

Cancellariatu

Illrmi et Excellmi Dni Joannis Comitis à Mala-
chowice Malachowski Supremi Dni Cancellarij

Procancellariatu

Illrmi Excellmi & Reverendi Dni Michaelis Comitis de Janow
Wodzicki Procancellarij Regni

NOTARIATU

Josephi Ignatij Ludovici Nowicki Acto-
rum Metrices Regni Majoris Cancellarij Re-
ferendarii Sacræ Regiæ Mtis Secretarij

Annorum 1760, 1761, & 1762 ac 63.

Oblata. Fi
Sigilli Cu
tationem
pæ R= M
Regni.
Augustus R
nia, Magnu
Russiæ, Ma
Volhyniæ,
niæ, Smol
choviæ; M
Saxoniæ, e
ficamus pr
Quorum int
Oblatas ep
trices Regi
Majoris Si
nis usus
Venerabili
Varsaviæ D
tentia ben
nuq Nostra
Majori Re
Salvas, et
suspitionis
sequentis.
tiã Rex P

Actum Varsaviæ Feriâ
Quartâ in Crastino Festi
Circumcisionis Christi Dni
Die scilicet Secundâ Mens
Januarij Annô Domini
Millesimô Septingente-
simô Sexagesimô.

Oblata Rescripti Concessionis Usus
Sigilli Cubicularis ad obsigil-
lationem Decretorum Judiciorū
S.æ R.æ Mtis Referendarialium
Regni.

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Polo-
niæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livo-
niæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czerni-
choviæq; Necnon Hæreditarius Dux
Saxoniæ, et Princeps Elector. Signi-
ficamus præsentibûs Literîs Nostris
Quorum interest Universis, et Singulis.
Oblatas esse ad Acta præsentia Me-
trices Regni Cancellariæ Nostræ
Majoris Literas Rescripti Concessio-
nis usûs Sigilli Nostri Cubicularis
Venerabili Referendario Regni, hic
Varsaviæ Die hodiernâ in Actu con-
tentâ benigniter à Nobis datas, Ma-
nuq; Nostrâ subscriptas, et Sigillô
Majori Regni communitas, sanas,
Salvas, et illæsas, omniq; prorsus
suspitionis notâ carentes, tenoris
sequentis. Augustus Tertius Dei Gra-
tiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lith-

vaniæ

vania, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samo=
gitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podla=
chiæ, Livoniæ, Smolenscie, Severiæ, Cher=
niechoviæq; Nec non Hæreditarius Dux
Saxoniæ, et Princeps Elector. Venera=
bili Gabrieli Podoski Præposito Cathe=
drali Cracovien si Referendario Regni
Commendatario Præposituræ Miechovien
Fideliter Nobis Dilecto. Gratiam Nram
Regiam. Venerabilis, et Fideliter Nobis
Dilecte. Post collatum nuper à Nobis
gratiosè Fidelitati Tuæ Officium Refe=
rendariatûs Regni animadvertimus
ex relatione certorum Consiliariorum
Lateri Nostro assidentium Partes in Ju=
dicijs Nostris Referendarialibus Rni
eidem Officio incumbentibus litigan=
tes ad obsigillationem Decretorum
ibidem inter eas ferri, et inde ex Can=
cellaria Referendariatus Regni per
Extractus emanare, extradiq; solitorum
concessione Sigilli Nostri Cubicularis
pro majori earum commoditate indi=
gere, eam verò Concessionem quan=
tum ad hoc ipsum ulla Lege Regni
nusquam prohiberi; Quocirca Nos
quemadmodum quanto Libentius
commoditati prædictarum Partium
prospectum fore volumus, ita tanto
facilius Fidelitati Tuæ usum me=
morati Sigilli Nostri Cubicularis ad
solum duntaxat effectum obsillatio=
nis prælibatorum Decretorum, quæ=
cunq; in Judicijs Nostris Referenda=
rialibus Regni proferentur, expor=
tabiturq; concedendum, ac impar=
tiet ex Cancellaria eor requirentur. Cien dum

ciendum esse duximus, concedimusq'ae im-
pertimur præsentibûs Literis Nostris:
Quas in majorem fidem Manu Nostrâ
subscriptas, Sigillô Regni communiri
jussimus. Datum Varsaviæ Die Secundâ
Mensis Januarij Annô Dni MDCCLX.
Regni verò Nostri XXVII. Annô. Augustus
Rex. Locus Sigilli Majoris Regni. Adal-
bertus Zakowski Pocillator Terræ Viz-
nensis, Sigilli Majoris Regni Secre-
tarius mp. Rescriptum S.R.M. Hæ
Concessionis Usus Sigilli Sui Cubicula-
ris ad Obsigillationem Decretorum
Judiciorum S.R. Mtis Referenda-
rialium Regni. Quas ejusmodi Li-
teras Rescripti, sic ut præmissum
oblatas, Nos ad Acta præsentia
Metrices Regni Suscipi, ijsdem inseri,
et Parti postulanti authentice extra-
di, Originale verò rursùs restitui
permisimus. In quorum fidem &c Actum
ut supra. Relatio Illmi et Excel-
lentissimi Domini Joannis Comitis
in Konskie, et Białaczew a Mala-
chowice Malachowski Supremi Rni
Cancellarij Prodecen. Ostrolęcensis &
Capitanei.

Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ
post Festum SS. Trium Re-
gum proximâ, Die scilicet
Octavâ Mensis Januarij An-
nô Domini Millesimô Septin-
gentesimô Sexagesimô.

Recedit et Abrenuntiat Jus Culmen
J. de Zamoyskie Mniszchowa Suc-
cameraria M.D. Lit. Vidua.

Augustus

Augustus Tertius de Significamus & Quo-
modo coram Nobis, Actisq̃ præsentibus
Metrices Regni Cancellaria Nostra Ma-
joris personaliter comparens Gnosa
Catharina de Zamoyska, olim Gnosi
Joannis Vandalini de Mayna Kon-
czyce Mniszech Succameraij M.D.Litt
Consors relicta Vidua in Assistentia
Mici Andreæ Zamoyski Palatini Juni-
sladislavien sis, et Liberorum Suo-
rum cum præfato Generoso Joanne
Mniszech Marito Suo Matrimonia-
liter procreatorum agens, sanamente,
et Corpore existens, à Foro, Terris, Dis-
trictibus, et Jurisdictione Sua quavis
propria, et competenti recedendo, præ-
senti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni
se cum Bonis Suis generaliter om-
nibus subjiciendo, et incorporando,
sponte, palam, libere ac per expres-
sum recognovit, præsentibusq̃ reco-
gnoscit. Quia Ipsa in hærendo Ma-
nifestationi unà cum Recessu à Jure
Advitalitio Sibi à prænominato Ipso
Marito inscripto, et servienti coram
Actis Castrensibus Capitaneatibus
Stezycensibus Annô proximè præ-
teritô Millesimô Septingentesimô
Quinquagesimô Nonô facto; Quoniam
tam Palatium, quam Curiola Var-
savid sita Juri Culmensi subsunt,
et subjacent, ac vigore prædicti Juris
medietas prefatorum Bonorum ad
se Manifestantem pertinere debe-
at; Cum verò ex Legitimis Causis Re-

cessus

cessuis à beneficio Juris Culmensis permis-
sus sit, ea propter memorata Generosa Catha-
rina de Zamoyskie ex rationibus in supra
expressa Manifestatione coram Actis.
Rezycensibus facta, expressis, medietti
prædictorum Bonorum Varsaviæ sito-
rum abrenuntiat, salvis Suis, Juribus
et Inscriptionibus super omnibus su-
pra mentionati Mariti Sui Bonis,
atq etiam Palatio, et Curiola Varsaviæ
extantibus sese extendentibus, juri-
busq Suis obnoxijs; respecta quorum
iterum, atq iterum prætacta Generosa
Recognoscens Manifestata est, eam-
demq Manifestationem manu pro-
pria subscripsit. Katarzyna z Za-
moyskich Mniszchowa P.W.X.Litt.ra Gen-
drzey Zamoyski W.J. Jako P.W.S. Assistent
mp. Quam ejusmodi Manifestatio-
nem sic ut præmissum facta, et reco-
gnitam Nos ratam firmam ac de jure
validam habentes, haberiq ab omni-
bus volentes, eam ac Acta præsentia
Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri,
et Parti postulanti authentica ex-
tradi, permisimus; In quorum fidem
Actum ut supra. Relatio Illustrissimi
et Excellmi Domini Comitis in Kon-
skie, et Białaczew à Małachowice
Małachowski Supremi Regni Can-
cellarij Prodecen, et Ostrołęcen Capitan

Sub eodem Actu

Manifestatur de necessaria conti-
nuatione Fabricæ Palatij Var-
saviensis

savien Gnsa de Zamoyskie Mniszchowa Succameraria M.D. Litt.ae Augustus Tertius &c Significamus &c Quomodò coram Nobis, Actisq praesentes Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Gnsa Catharina de Zamoyskie, olim Generosi Joannis Vandalini de Magna Koniczyce Mniszech Succamerarij M.D. Litt.ae Consors relicta Vidua suo, et Liberorum Suorum cum suprafato Generoso Marito Suo procreatorum Nomine agens, sana mente, et corpore existens a Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria, et competenti recedendo, praesentiverò Nostrae Regiae Jurisdictioni se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo, et incorporando sponte, palam libere, ac per expressum recognovit, praesentibusq recognoscit. Quia Ipsa licet a beneficio Juris Culmensis, et respective medietate Palatij, tum Curiolae Varsaviae sitorum erga olim Gnsum Joannem Vandalinum de Magna Koniczyce Mniszech Succamerarium M.D. Litt.ae se concernente f:salvis tamen juribus suis Magnatibus:f. Recessum fecerit, et eidem abrenuntiaverit, quia tamen suprafati Palatij readificatio capta nec collabetur, et desoletur, utq sit idem Palatium habitabile, continuatione Fabricae indiget, idcirco impellente praemissa necessitate suprafata Gnsa

Catharina

Cathanina de Zamoyskie Mniszchowa Succameraria M. D. Litt= Vidua ejus=modi readificatiònem prout jam continuat, ita et ulterius se continuaturam declarat, Expensasq; in præfatam readificationem tanquam propriò peculio erogatas sive erogandas ad se pertinere, sibiq; deberi præfatodit. Hâc sua personali Manifestatione ad præmissa mediante, quam eadem Gnōsa Recognoscens subscripsit. Katarzyna z Zamoyskich Mniszchowa P. W. X. Lit Quam ejusmodi Manifestationem sic ut præmissum factam, et recognitam, Nos ratam, firmam, ac de jure validam habentes, haberiq; ab omnibus volentes, eam ad Acta præsentes Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authenticè extradi permisimus. In quorum fidem &c Actum &c Relatio ut supra

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ post Dominicam Sexagesimæ proximâ Die scilicet 14. Mensis Februarij Anno Domini 1760.

Cedunt de Scultetia Wroczkowiensi GG. Nowickie in Personas GG. Sowińskich.

Augustus Tertius &c Significamus Quod coram Nobis, Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ majoris personaliter comparentes Generosi Stanislaus Nowicki Thelonearum

orum S.R.M. Notarius, et Eva de Brzozowskie Conjuges sani mentibus, et Corporibus existentes à Foro, Terris, Dysbictibus, et Jurisdictionibus Suis quibusvis proprijs, et competentibus recedendo præsenti vero Nostro Regiæ se cum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo, et incorporando sponte, palam, liberè ac perexpressum recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi inhærendo Privilegio Consensus Nostri superinscripta recognoscenda à Nobis gratiosè sibi collati, Manuq; Nostrâ Regia subscripti, et Sigillo Minoris Cancellariæ Regni communiti, ad præsens in Originali exhibiti Tenoris sequentis. Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolenscia, Severiæ, Czerniechoviæq; Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris Quorum interest Universis, et Singulis. Consensisse Nos, et permisisse, consentireq. et permittere per præsentes Generosis Stanislao Nowicki Theloneorum Nostrorum Notario, et Eva de Brzozowskie Conjugibus ut possint, et valeant de omni, et integro Jure Suo, quod Ipsis super Sadletiam in Villa Wroczki ad Capitaneatum Brodnicen spectan, sitt, servit, et competit cedere, illudq; in Personas Nobilium Bartholomæi

Sowinski

Sowinski, et Marcianna Sarnowska con=
jugum plenariè transferre, et transfun=
dere; Qua quidem Cessio, Juriśq; transfu=
sio posteaquam coram Actis quibuscuis
Regni Authoritiis facta, et recognita
fuerit, Nos eam ratam, et gratam
habituri sumus, uti eam qua proximè
hâc Consensu Nostrô peragetur. Vigore
cujus Cessionis præsentisq; Consensus
Nostri prafati Nobiles Bartholomæus
Sowiński, et Martianna Sarnowska
Conjuges Suis cum Successoribus pra=
dictam Sculteriam in Villa Wroczki
sitam cum omnibus Areis, Adificijs
agris, pratis, campis, hortis, fundis,
pascuis, Stagnis, piscinis, commodis,
utilitatibus, fructibus, et emolumen=
tis, cunctis denique attinentijs, et perti=
nentijs ad eam ab antiquo spectan=
tibus tenebunt, habebunt, et possi=
bunt ad extrema vitæ Suæ tempora.
Promittimus autem pro Nobis, et Sere=
nissimis Successoribus Nostris, non
esse Nos Sernosq; Successores Nostros
ab usu, et pacifica possessione men=
tionata Sculteria in Villa Wroczki
sita, pralibatos Nobiles Sowinskie
Conjuges suis cum Successoribus, amo=
turos aut alienaturos, neq; amovendi
aut alienandi potestatem cuipiam
daturos, sed salvum, et integrum Jus
Eisdem cum Successoribus conserva=
turos, quod et Serenissimi Succesio=
res Nostri prastare tenebuntur. Ra=
tione cujus juris solita onera Rei=
publicæ

publicæ præstabunt. Juribus Nostris Re=
galibus, Reipłcæ Ecclesiæq; Romano Ca=
tholicæ salvis manentibus. In quorum
fidem præsentes Manu Nostrâ subscri=
ptas Sigillo Regni communiri jussi=
mus. Datum Varsaviæ Die XXVIII.
Mensis Aprilis Annô Domini MDCCLVIII.
Regni verò Nostri XXVI. Annô. Augustus
Rex. Locus Sigilli. Minoris Cancellaria
Regni. Antonius Sikorski S.R.M. Regis
et Sigilli Regni Secretarius mp Con=
sensus ad cedendum de Scultetia in
Villa Wroczki ad Capitaneatum Brod=
nicen spectan sibi Generosis Stani=
slao Nowicki Theloneorum S.R.M.
Notarius, et Eve de Brzozowskie
Conjugibus, in Personas Nobilium
Bartholomæi Sowinski et Martian=
næ Sarnowska Conjugum, Eorum
Successorum datur. a tergo vero ejus=
dem Privilegij verba sunt hæc. Pro=
cancellariatu Illmi Excellmi, et Reimi
Domini Michaëlis Comitis de Granow
Wolzicki Decani Cathedralis Cracovien.
Abbatis commendatarij Cervenen.
et Claræ Tumbæ Pro Cancellario Regni
sigillato, de omni, et integro Jure
Suo quod, et quale Ipsis vigore Juris,
et Privilegij super præfatam Scultę=
tiam Wroczkowiensem servit, et com=
petit, servireq; et competere potest,
jam exnunc et in Ipso effectu Nobili=
bus Bartholomæo Sowinski, et Mar=
tiannæ Sarnowska Conjugibus vero,

puro

puro, et irrevocabili Cessionis titulo cesse-
runt, abscesserunt, et condescenderunt, prout
præsentibus cedunt, abscedunt, et condescen-
dunt, totumq; et integrum Jus in Personas
Supranominatorum Nobilium Sowinskich
Conjugum, Eorumq; Successorum cum omni
Dominio proprietate, propinquitate, titulo
ac quibusvis usibus, fructibus, proventi-
bus, commodis, et emolumentis ad eand
Saltetiam Wrozkovien cum attinen-
tijs spectan, et provenien transferunt,
transfundunt, et derivant. Intromissio-
nem quoq; Officiosam realem, et actualem
per Ministerialem Regni Jeneralem, et
Duos Nobiles in prædictam Saltetiam
Wrozkovien Eisdem Nobis Cessionarijs
Suis conferendam dant, et admittunt, se-
daturos, et admissuros submittunt. Hac
suâ personali Recognitione ad præmissa
mediante. In forma aliàs Cessionis, Juris-
transfusionis plenissima, et de jure per-
fectissima. Quam manibus Suis propris
subscripserunt. Stanislaus Nowicki mpp
Ewa Nowicka. Quam ejusmodi Cessio-
nem sic ut præmissum factam, et re-
cognitam Nos ratam, firmam, ac de
Jure validam habentes, haberiq; ab
omnibus volentes, eam ad Acta pre-
sentia Metrices Regni suscipi ijsdem
inseri, et Parti postulanti authentice
extradi permisimus. In quorum fidem
Actum ut supra. Relatio Illmi Excellmi
et Reumi Dni Dni Michaelis Comitis
de Granow Wodzicki Nominati Epi
Premislien, Decani Cathedralis Cracovien,
Abbatis

Abbatis Commendatarij Cervenensis, et Cla-
rae Tumbae Procancellarij Regni.

Actum Varsaviae Feriâ Se-
cundâ in Crastino Dominicae
Ramis Palmarum Diè sa-
licet Trigesimâ Primâ Men-
sis Martij Annô Dñi 1760.

Oblata Consensûs Sae Rae Mtis As-
sumendi in Coadjutorem Ublem
Simonem Opelewski ad Ecclesiam
Parochialem Neükirchen sem. V.
Adamo Kos Canonico Vladislavien
et Parocho Neükirchensi dati.

Augustus Tertius &c. Significamus
praesentibus Literis Oblatas esse ad
Acta praesentia Metrices Regni Can-
cellariae Nostrae Majoris Literas Con-
sensûs Nostri assumendi in Coadjuto-
rem Ublem Simonem Opelewski ad Ec-
clesiam Parochialem Neukirchen-
sem Ubli Adamo Kos Canonico Vla-
dislavien, Parocho Neukirchen hiè
Varsaviae Diè Vigesimâ Nonâ Mensis,
et Anni nunc currentium benigniter
à Nobis datas, Manu Nostrâ subscri-
ptas, et Sigillô Minoris Cancellariae
Regni communitas, sanas, Salvas,
et illaesas, omniq; prorsus suspitionis
nota carentes, tenoris sequentis. Au-
gustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniae,
Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae,
Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae,
Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae
Severiae, Czerniechoviaq; Nec non He-
reditarius Dux Saxoniae, et Princeps Elector

Reverendo

Reverendo in Christo Patri Andreæ Bajer Epō
Culmen-si, et Pomesaniæ, aut Suæ Sincē-
ritatis in Spiritualibus Vicario, sive Offi-
ciali Generali, vel alteri cuipiam ad
infrascripta peragenda potestatem
habenti, Sincere Nobis dilecto, Gratiam
Nostram Regiam; Reverende in Christo
Pater Sincere Nobis dilecte. Cum Vobis
Adamus Kos Canonicus Vladislaviensis
Parochus Ecclesiæ Neükirchensis per
certos Consiliarios Lateri Nostro assi-
dentes exponi Nobis fecisset, sibi esse
animum assumendi in Coadjutorem Su-
um ad eandem Ecclesiam Neükirchen-
sem Venerabilem Simonem Opeleuski,
ac ut Ipsi de Consensu Nostro Regio,
tanquam Supremo Patrono hoc fieri
liceret humiliter supplicasset. Nos præ-
clara ejusdem Vobis Kos in Ecclesiam
Rempublicamq; Nostram Merita commen-
data habentes, ejusmodi Supplicationi
benignè annuendo, in eam Coadjutoriā
Consensum Nostrum Regium accomo-
dandum esse duximus pro Jureq; Nro
Regio, quod Nobis competit, consensimus,
ut prædictus Venerabilis Kos in Coadju-
torem Suum, cum futura, sivè post Cessum,
sive post decessum Successione ad dictā
Ecclesiam Parochialem Neükirchensem
Venerabilem Simonem Opeleuski assu-
mere, talemq; Coadjutoriam servatis Ser-
vandis ad effectum ritè, et legitimè de-
ducere possit. Cæterum à Sinceritate
vestra benignitatem requirimus, ut Eun-
dem

Coadjutorem ad præhibatam Ecclesiam Paro=
chialem Neükirchensem ex præscripto SS.
Canonum instituat, et investiat, aliaquè
in talibus fieri solita pro Sui Officij Exigen=
tia exequatur. In quorum fidem præsentes
Manu Nostrâ subscriptas, Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviæ
Die XXIX Mensis Martij. Annô Do=
mini MDCCLX. Regni verò Nostri
XXVII. Annô. Augustus Rex. Locus
Sigilli Minoris Cancellaria Regni. Anto=
nius Sikorski S.R.M.tis et Sigilli
Regni Secretarius mp. Consensus Re=
gius assumendi in Coadjutorem Vbem
Simonem Opeleuski ad Ecclesiam
Parochialem Neukirchensem Venera=
bili Adamo Kos Canonico Vladisla=
viensi Parocho Neükirchensi datur.
à tergo vero earundem Literarum verba
sunt hæc. Pro Cancellariatu Illmi Ex=
cellmi, et Reumi Domini Michaëlis Co=
mitis de Granow Wodzicki Nomi=
nati Episcopi Premisliensis, Decani
Cathedralis Cracovien, Abbatis Com=
mendatarij Cervensis, et Aulæ
Tumbæ Pro Cancellarij Regni sigil=
latum. Quas ejusmodi Literas, sic
ut præmissum oblatas, Nos ad Acta
præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem
inseri, et Parti postulanti authentice
extradi, Originale verò rursus restitui,
permisimus

permissimus. In quorum fidem &c Actum et Relatio ut Supra.

Sub eodem Actu

Constituit Plenipotentem S. Venceslaus Zakrzewski Filius, G. Mathiam Zakrzewski Parentem Suum.

Augustus Tertius et Significamus &c Quomodò coram Nobis, Actisq; præsentes Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Generosus Venceslaus Wyssogota Zakrzewski sanus mente, et corpore existens, à Toro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua quavis propria, et competenti recedendo, præsenti verò Nostræ Regiæ Secum Bonis Suis generaliter omnibus subjiciendo, et incorporandò sponte, palam, liberè, ac perexpressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse Insum Mathiam Wyssogota Zakrzewski Castellanicidem Sandecensem Parentem Suum in suum verum Legitimum, Specialem, ac indubitatum Plenipotentem elegit, constituit et ordinat, dans, et concedens Eidem Generoso Speciali Plenipotenti Suo præsentibus constituto plenariam facultatem, absolutamq; et omnimodam potestatem Summas quasvis Sibi Constituenti à quibusvis Personis

inscriptas

inscriptas, et quomodolibet debitas, et
provenientes vindicandi, in remq; Sui
Recognoscentis levandi, de levatis quie-
tandi, aliasq; Transactiones tam Officio-
sas, quam extra Officiosas Nomine Sui
Constituentis (si id necessitas postulave-
rit:) ad præmissum effectum confici-
endi, cæteraq; munia, et Officia verum,
legitimum, Specialem, ac indubitatam
Plenipotentem de Jure concernentia
implendi, obeundi, et exequendi. Offerend°
Se omnia per prætactum Ejum Pleni-
potentem Sum legitimè, ac Juridice
peracta pro rato, et grato susceptorum.
Pdj sub vadio Decem Millium Flo-
renor Polonicalium. Quam Plenipo-
tentiam Jdem Gnus Recognoscens
manu propria Subscripsit. Venceslaus
Zakrzewski mpp Quam ejusmodi Ple-
nipotentiam sic ut præmissum factâ
et recognitam Nos ratam, firmam,
ac de Jure validam habentes, habe-
rij; ab omnibus volentes, eam ad
Acta præsentia Metrices Regni Su-
scripsi, ijsdem inseri, et Parti postulanti
Authentice extradi, permisimus. In
quorum fidem &c Actum et Relatio, ut
supra.

Sub eodem Actu
Oblata Actus Commissorialis inter
Bona Dembe, et Budziska Hæredi-
taria, atq; Chyziny Wielkolas

Capitis

Capitaneatus Latovicensis, tum Oppidum Latowicz.

Augustus Tertius &c Significamus, Quomodò coram Nobis, Actisq; praesentes Metrices Regni Cancellariâ Posthac Majoris, personaliter comparens Generosus Antonius Leczelski Dapiferida Losanensis obtulit ad Acticandum, Actisq; praesentibus inscribendum Actum Commissorialem Granicialem in Fundo controverso inter Bona Villa Dembe, et Budziska cum attinentijs Jnnosi Stanislai Bieliński Capitanei Jarvolinensis ad praesens hereditaria ab una, atq; Bona Villa Chyziny et Wielgolas ad Capitaneatum Latovicensem spectantia, tum ipsumet Oppidum Latowicz, et alia possessioni Nostri Principis Czartoryski Palatini, et Generalis Terrarum Russiae, Capitanei Latovicensis subjecta parte ab altera; Feriâ Secundâ post Festum Sancti Laurentij Martyris proximâ, Die Scilicet Decimâ Tertiâ Mensis Augusti, Annò proximè praeterito Millesimò, Septingentesimò, Quinquagesimò Nonò expeditum, Manibus Nostri et Generosorum Commissariorum Nostrorum propriis subscriptum et Sigillis gentilitijs in cera rubra hispanica expressis communitum, sanum salvum, et illesum, omniq; prorsus suspitionis nota carentem Tenoris sequentis.

Actum

Actum in fundo controverso inter Bona
Villæ Dembe, et Budziska cum Attinen-
tijs Magnifici Stanislai Bielinski
Capitanei Garvolinensis ad præsens Hæ-
reditaria ab una, atq; Bona Villæ Chy-
ziny, et Wielgolas ad Capitaneatum
Latowicensem spectantia, tum ipsum-
met oppidum Latowicz, et alia pos-
sessioni Illustrissimi Principis Czarto-
ryski Palatini, et Generalis Terrarum
Russiæ, et Podoliæ Capitanei Latowi-
cen subjecta parte ab altera, in pa-
riete prædictæ Villæ Dembe a Bonis
Villæ Chyziny Capitaneatis Fluvio Swi-
der distinguente circa Ipsummet Flu-
vium Swider in prato Pleskocha
dicto à tergo adificiorum Villæ Dembe
usq; ad Ripparn prædicti fluvij Swi-
der protenso. Feriâ Secundâ post
Festum S. Laurentij Martyris pro-
ximâ, Die scilicet Decimâ Tertiâ Men-
sis Augusti, Annô Dñi Millesimô
Septingentesimô Quinquagesimô Nonô.
In præsentia Nñorum, et Generoso-
rum Thomæ Bienkowski Burgrabij
Castrensis Varsaviensis, Jacobi Klem-
bowski Ensiferi de Lukowiensis Luca
Kozlowski Secretarij Ste Regiæ Mtis. An-
tonij Ezczelski Dapiferi de Rosanensis,
Simonis Wierzchowski, Michaelis Ka-
niewski, Stanislai Olborski, et aliorum,
nec non Ministerialis Regni Generalis
Providi Simonis Zelinski de Villa Wola
Rembkowska Authentici, et Jurati,
Actum præsentem acclamatis. Pro-

testatur

testatur. Illmus Princeps Czartoryski Palati-
nus, et Generalis Terrarum Russiæ, et Po-
dolia, Latovicensis Capitaneus per suũ
Plenipotentem, atq; Communitas ad
eundem Capitaneatum spectans contra
Illustrem Mtium Bielinski Capitaneum
Garvolinensem præsentaneum Bonorũ
Dembe cum Attinentijs Hæredem de
indebita Judicij Commissorialis in Fundo
ejusdem Villæ Chyzżiny proprio, trans-
grediendo Antiquum Fluvium Swider fra-
nicialem non circa concurrentium ut
Juris, et moris est Finarum Hæredi-
tatum locatione. Reprotestatur Mgnus
Josephus Komierowski Illris Mtis Bie-
linski Hæredis specialiter inscriptus
Plenipotens. Judicium præsens Com-
missoriale S.a R.a Mtis in loco con-
hoverso esse constitutum utpote in
pariete Hæreditatis Villæ Dembe, atq;
Villa Regalis Chyzżiny Fluvio Swider
eunte, videlicet in prato à Tergo
Hæreditatis Dembe usq; ad Fluvium
Swider protenso ex opposito Villæ
Regalis Chyzżiny situato, concurren-
tiam verò Angularitatum alibi in loco
postquam demandabitur Ductus suum
Principalem ostensurum, et eursum
antiqui meatus Fluvij Swider Do-
cumentis, et evidentia ipsius demon-
straturum. Nos infrascripti S.a R.a Mtis
Commissarij videlicet Michaël Suffczyn-
ski Castellanus Cernensis, Franciscus
Nakwaski Succameranus Wysogro-
densis, Sigismundus Staniszewski Varsavien

Gabriel

Gabriel Lisiewski Raven Terrestres Judices,
Matheus Bienkowski Terrestris, et Ca-
strensis Varsaviensis Notarius, Bal-
thasar Jasinski Regens Castren Cernen
Severinus Brzezkowski, Dominicus
Gozlinski Burgrabij Castren Cernenses
à Sacra Regia Majestate constituti, et
ordinati, insistendo Decreto Pontuariali S.R.M.tis
Tenoris sequentis= Augustus Tertius
Dei Gratiâ. Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ
Podlachiæ, Livoniæ, Smolenciæ, Se-
veriæ, Czernichoviæq; Nec non Hære-
ditarius Dux Saxoniæ, et Princeps
Elector. Significamus præsentibus
Literis Nostris Quorum interest uni-
versis, et singulis. Citatos esse ad Nos
et Judicia Nostra Assessorialia Lite-
ris Citationis Nostræ Officium Augustum
Principem Czartoryski Palatinum, et Je-
neralem Terrarum Russiæ Latovicen
Capitaneum, nec non Generosos Justa
Senatorem Cichanovien Bonorum ejusd
Officii Principis Czartoryski Palatini
Russiæ Commissarium Jeneralem,
tum Casimirum Staniszewski Bono-
rum Capitaneatus Latovicen deco-
nomum, tum Famatos Prosonjulem Con-
sules, totumq; Magistratum, et Commu-
nitatem Oppidi Latowicz et Laborieso
Subditos specialiter quoq; inferius no-
minatos, totamq; Communitatem Bo-
norum

norum Villæ Chyziny, et Wielkolas ad prædictum Capitaneatum Nostrum Latovicen pertinentium, de causa infrascripta Bonis illorum ad Instantiam P. Instigatoris Regni, et Officii Francisci Bielinski Supremi Marschalci Regni, Bonorum Villæ Dembæ et aliorum Hæredis, tum Josephi Joannis Leyman Bonorum ejusdem Officii Supremi Marschalci Regni Generalis Commissarij, atq; Francisci Dybowski Bonorum prædictæ Villæ Dembe Administratoris, Actorum. Idq; inhærendo Juribus Hæreditarijs Villæ Dembe, tum Manifestationibus Suis, recidendoque à Citatione Sua, et Processu quovis ad Officium Ludrelarum Castrense Capitaneale Cornense ratione Cædis Subditi, et Vulnerum, aliorumq; contentorum Annô currenti edita, et instituto prô eo: Quod quamvis Bona Villæ Dembe Officii Supremi Marschalci Regni Hæreditaria ab una, à Bonis Oppidi Latowicz, et Villæ Chyziny Capitaneatus Nostri Latovicensis parte ab altera notorijs Limitibus, Fluvio videlicet Swider nuncupato, eadem Bona intercurrentem delimitata essent, in contiguitateq; parietali ejusdem Fluvij; tum prædicta Hæreditaria Bona Villæ Dembe, quam Bona Nostra Oppidi Latowicz, et Villæ Chyziny Capitaneatus Nostri Latovicensis multis Fundis suis eidem Fluvio adjacentibus hinc inde concurrerent, et disterminarent,

citati

citati nihilominus eundem Fluvium Swider
non solum de Jure speciali antecedentis
dislimitationis verum etiam de Jure
communi Statutorum Regni, tum
exceptorum Ducatus Masovie pro
Limite naturali recensitum, alteque
deurrentem transgressi erant, et in qua-
dam sinuositate recentiori aversione,
vulgo przezwiskiem Fluvij Swider
in semigirum facta, Fundos, et prata
in eadem sinuositate jacentia tum
in alijs passim locis eidem Fluvio Swi-
der ed jacentibus similes Fundos, et
prata ad Hereditatem Mstici Supremi
Mareschalci Regni Villa Dembe spectan-
tia, et pertinen eum notabili ejusdem Hereditatis diminutione, et praejudicio usur-
parunt, et appropriarunt, usurpare
et appropriare, ac usumfructum ex
hujusmodi fundis, et pratis interci-
pere non cessant. Qua occasione La-
boriosus olim Marcus Labtocki
de Bonis Hereditarijs Villa Dembe
Subditus, per Laboriosos Balthasa-
rum Jesionek ejusdem Nominis Livo-
warczyk, Georgium Chrost, et Telerczak
alios ejusmodi patrate neis com-
plices crudeliter interemptus, Labo-
riosus verò Felix Wielkopolanin, de
ijsdem Bonis Dembe Subditus enor-
missime concussus, et convulneratus
extiterat, ad videndum igitur, et au-
diendum precedentem dislimitatio-
nem inter predicta hinc inde Bona

perpetuo

perpetuo manuteneri debere, Fluviumque
Swider inter eadem Bona decurrentem
pro Limite indubitato declarari. Pro
transgressione ejusdem Limitis ad re-
stitutionem usus fructus deoccupa-
tionemq; usurpatorum fundorum, et
pratorum compelli, nec non ad sta-
tuitionem prædictorum Laboriosо-
rum Jesionek, Siwowarczyk, Chrost,
Telerczuk manualium de communi-
tate Chyziny præfati olim Marci Le-
bloki Dembeń homicidarum aliorumq;
tam ejusmodi patrata Reis, quàm
convulnerationis Laboriosi Wielkopo-
lanin Subditi pariter Dembensis com-
plicum citatis de Nominibus, et Cogno-
minibus benè notorum, Officiosis Aresti
coram Actis Castren Cernen recognitis,
apud ipsos præventorum, quos etiam
præsenti Citatione Nostrâ, eôdem Aresto,
strictoq; apud citatos sequestro perso-
nali subjeceramus stringi, et super
ijsdem, et quidem Principalibus, et Actua-
libus Homicidis pœnas Criminales sup
vero Complicibus Reis, et vulnerum
pœnas personales, et criminales de-
cerni, et extendi, tum respectu usur-
pationis prædictorum fundorum, et
Pratorum ad Bona Hæreditaria Dembe
spectantium, depabulationisq; eorum,
atq; Borum Subditis Dembensibus nul-
liter, et indebitè, imo violenter ex præ-
dictis pratis, et pascuis ad Bona Demb
ab antiquo pertinentibus interceptionisq

et

et per aliquot Septimanas detentionis
pœnas distinctas irrogari. Compensatio-
nem carentiæ laborum demandari.
Gnosos verò Commissarios, et deinceps
pro incontinentia prædictorum licen-
tiosorum Subditorum puniri, idq; quod
juris, et Justitiæ esset decerni, et Senten-
tiari, ac Citatos in dammis, et litis Ex-
pensis condemnari. Citationis ejus Re-
latione coram Actis Castren Cernen
Sabbathô post Festum Lucæ Evange-
listæ proximô Annô Domini Mil-
lesimô Septingentesimô Quinquage-
simô Octavô recognitâ de præmis-
sis fusius edisserente. Vicissim quoq;
Citatos esse ad eadem Judicia Nostra
Mscum Franciscum Bielinski Supre-
mum Mareschalcum Rni Bonorum
Villæ Dembe, et aliorum eò pertinen
Hæredem, tum Gnosos Joannem Rey-
mann Bonorum Ejusdem Mstici Su-
premi Mareschalci Regni Commis-
sarium, atq; Franciscum Dybowski
recensitorum Bonorum Dembe Admi-
nistratorem, nec non totum Commu-
nitatem ejusdem Villæ Dembe de
Causa infrascripta Bonisq; illorum
ad Instantiam Gnsi Instigatoris Regni,
et Mstii Augusti Principis Czartoryski
Palatini, et Gnâles Terrarum Russiæ
Latowicen de Capitanei, nec non
Gnsorum Antony Jorski Venatoris,
Terræ Ciechanowien, Ejusdem Mstiæ
Palatini Russiæ Commissarij Generalis

ac Petri

ac Petri Staniszewskii dicti Capitaneatus Latovicen Œconomi, tum Formatorum Prosonsulis, Consulum, Totiusq Oppidi Nostri Latovicensis, et Communitis Villæ Nostræ Regalis Chyziny Actorum, idq pro eo! Quod quamvis Villæ Nostræ Utpotè Chyziny, et aliæ ad Capitaneatum Nostrum Latovicensem spectantes, concurrentiamq Limitum cum Villa Dembe, ceterisq, Nostri Supremi Marschalci Regni Bonis Hereditarijs habentes Alveo antiquo Fluvij Swider delimitatæ et distinctæ intra concurrentiam Suorum Limitum, Pratis, et Campis semper pacifice utebantur, nullaq damna Bonis vicinis Terrestribus Inferebant, Nihilominus Subditi Dembenses eundem antiquum Alveum Fluvij Swider, tanquam Metam Granicidem transcendere, ibiq Solipassua prata, ac Fundos appropriare. Hæc vero defendentes Subditos Nostros Chyzinen turmatim cum vario Armorum genere invadere, et tumultarie Opprimere, Multoq Subditos Nros concutere, Jam verò Laboriosum Georgium Chrost consaultiare, et obsanguinolare, et fermè in periculum Vitæ amittendæ inducere, Laboriosum Bartholomæum Wiązorek in Piscinam Intrudere, et velle submergere, in eodemq excitato per Subditos Dembenses Tumultu Laborioso Marco Zabłocki.

Jablonski hujusce Juvenes Complici nescitur
per quem necem causare, hocq; Crimen Com-
munitati Chyzinen adscribere presum-
serunt. Generosi verò Administrator
et Oeconomus Sapius à Prefato Admini-
stratore Capitaneatûs Latovicen requi-
siti, ejusmodi tumultus, et guerras Sub-
ditorum Dembensium avertere, et inva-
siones Fundi Nostri Regalis inhibere
noluerunt, imò huic Licentiosæ pres-
tentiæ Subditorum quodammodo in-
dulserunt. Advidendum itaq; et Audi-
endum citatos intuitu usurpationis
violentæ Piatorum, ac Fundorum No-
strorum Regalium puniri, ad resarci-
enda quævis damna abinde pulla-
lantia condemnari; Bona verò Nostra
Chyziny circa Antiquum Limitem Flu-
vij Świder conservari, pro transgres-
sione ejusdem Limitis pœnis affici,
ad deoccupationem usurpatorum Fun-
dorum, et Piatorum stringi, respectu
verò prætensæ Rei Laboriosi Jablonski,
ac convulnerationis assertæ cujusq;
Laboriosi Wielkopolarin incompetenter
agere adinveniri, prius Administra-
torem, et Oeconomum pro inventi-
entia Subditorum Dembeñ pru-
riri, cæteraq; qua Ordo Juris, et Justitiæ
postulasset Statui, ac in damnis, et
Litis Expensis condemnari; prout Justis
Citationes ejusdem Relatio coram Dictis
Castren Comen Sabbatho post Festum
Omnium Sanctorum primò Anno Dñi
Millesimo

Millesimô Septingentesimô Quinquagesimô
Octavô recognita de praemissis insesso-
nat. In Termino itaq; hodierno ex ejus-
modi mutuis citationibus proveniente,
cum Partes videlicet Gnûs Justigator
Regni, et Nstûs Franciscus Bielinski
Supremus Mareschalcus Regni, Bo-
norum Villæ Dembe, ac aliorum Ha-
res, tum Gnûs Joannes Reymann
Bonorum Ejusdem Nstri Supremi
Mareschalli Regni Gnâlis Commis-
sarius; nec non Franciscus Dybowski
Bonorum predictæ Villæ Dembe Admi-
nistrator, per Gnsum Michaelem Mroz̃ski,
alij Idem Gnûs J.R. et Nstûs Augustus
Princeps Czartoryski Palatinus, et Gene-
ralis Terrarum Russiæ Latovicen Ca-
pitaneus; nec non Gnûs Antonius Josti
Venator Terræ Ciechanovien ejusdem
Nstri Palatin Russiæ Commissarius,
Petrus Stanisz̃ewski Capitaneatus
Latovicen dcnomus, tum Famati
Prosonsul, Consules, totaq; Commuui-
tas Oppidi Latovicen, ac Laborosi Ja-
sionek, Piwowarczyk, Chrost, Telerczak
de Communitte Villæ Chyziny, et Wiel-
golas ad Eundem Capitaneatum La-
tovicen spectantes Subditi, mutui
Actores, et Citati per Gnsum Joannem
Nepomucenum Stominski coram Nobis
ijsdemq; Judicijs Nostris comparerent
ac eundem attentarent. Nos cum
Consiliarijs, ac Jurisperitis Nostrij
Partem

Partium allegationibus exauditis, necessa-
riam esse hac in Causa Commissionem
Granicialem, Jurium revisionem, Fundo-
rum Visionem, Judagationem, et Inquisi-
tionem adinvenimus; ad quam expe-
diendam Nigum Michaelem Cernen, Jene-
vos Jasparum Sochaczovien Suffczynski,
Fizycki Visogroden Castellanos, Michaelem
Harczewski Cernen, Franciscum Nakwaski
Wisogroden Succamerarios, Mokro-
nowski Capitaneum Ciechanovien,
Gabrielem Lisiewski Raven, Joannem Za-
browski Cernen, Staniszewski Varsa-
vien. Terrestres Judices, Stanislaum
Sniewski Subjudicem Terrestrem Cer-
nen, Mathaeum Bienkowski Nota-
rium Terrestrem Varsavien. Dlugki Ve-
natorem Lublinensem, Mrokowski Ja
dicem Castren Cernen, Laurentium Zie
linski Venatorem Sochaczovien, Mode-
lewski Camerarium Cernen, Baltha-
sarum Jasinski Cernen, Klembowski
Varsavien. Regentes Castren, Valenti-
num Puchala, Severinum Brzezkowski,
et Dominicum Gozlinski Commissa-
rios pro utraq; parte designamus.
Quibus quidem Commissarijs Nostris
quatenus captato, et constituto inter
se aliquo tempore opportuno pre-
vijs Innotescentialibus Literis, duabus
Septimanis ante Terminum extra-
hendis ad locum differentiarum con-
descendant, ac ibidem absentiâ nonnul-
lorum ex se dummodo Quinque adsint
non obstante, Fundatâ Sicâ Jurisdictione

Commissoriâ

Commissoriali acclamatis ad Sui presentiam Partibus, adcitatisq ad eundem Actum Commissorialem Collateralibus, si qui ultra Partes inter se agentes Bonis Suis Fundos controversos attigerint contumaciâ alicujus Partis non attenta, assumptoq ad ejusmodi Actum Generoso Succamherario, aut Illius Camerario Granicciali, mutuo Partium sumptu conducendo ante omnia Jura Partium, et quavis Literatoria Documenta super Limitibus tum Signis Granicialibus Bonorum et Fundorum controversorum utrarumq Partium, si qua producent revideant illa connotent, diligenter perpendant visionem Fundorum, Pratorum, ac Locorum controversorum Signorumq Granicialium, Scopulorum si qui extabunt peragant, Signa eadem debitè considerent Scopulos antiquos aperiant, revideant Ductus utrarumq Partium expediant, connotent, ac in supplementum Documentorum, si aliqua in illis ambiguitas, aut perplexitas erit, ac super Situ, meatuq Fluvij Swider antiquo, et recentiori an id opera Possessorum anteriorum predictorum Bonorum, an vero Casu alique ingruentis Aquæ subsecutum, tum super alijs Circumstantijs per Partes allegatis, Nec non in punctis facti, occasione Novi Laboriosi Marci Zablocki, concussionis, ac convulsionis, Laboriosi Felicis Wielkopolanik Subditorum Hæreditatis Dembe ex Testibus fide dignis præsertim

præsertim Senibus notitiam antiquorum
Limitum, ac facti habentibus, de Com-
munitatibus Villarum Partium ambarum
eligendis, depositiones suas Juramento
Corporali comprobaturis expediant,
Laboriosi Balthasarum Jasionek, Te-
rczak, et Georgium Chrost de Bonis
Chyziny, atq; Balthasarum Piwowar-
czyk de Bonis Wielkolas ad Capi-
taneatum Latovicensem spectanti-
bus, tanquam de hac nece Marci Za-
bloki inculpatos, et arestatos, coram
se Statui injungant. Hisq; perattis
imprimis differentiam Fundorum
Bonorum utrarumq; Partium, nempè
Villæ Dembe Hæreditariæ, et Nostrorum
Regalium Oppidi Latowicz ac Villæ
Chyziny ad Capitaneatum Latovi-
censem spectantis sopiendo eosdem
Fundos juxta Antiquos Limites, et Si-
gna Granicialia, quæ veriora, et No-
tabiliora, deducentur dislimitent, Scopu-
lis, aut alijs Signis custodialibus
granitialibus distinguant, sejungant
in possessionemq; cui competierit tradi
faciant, atq; in puncto objecta Nec-
Laborioji Pabloki, aliorumq; conni-
nerationis si statuendi superdictæ
et complices eorum super ea redargu-
entur rei, pœnas contra eos pro qua-
litate facti decernant, irrogent, aliasq;
quoq; mutuas Partium prætensiones
in Citationibus expressa discutiant,
examinent, calculent, cui Partium
"aliquid
"juste debebitur satisfactionem de-

mandent

mandent, totumq; id Negotium pro æqui=
tate finaliter Salvâ nonnisi à Sola de=
finitiva Sententia Parti se gravatam
prætendenti Appellatione ad Judicia
Nostra reservatâ. decidant; Actum Sud
Commissoridem, Juriùm revisionem, Fun=
dorum visionem, et Ductes in aperto, in=
quisitiones verò in Occlusis Rothulis
Partibus extradant, committimus. Post
expeditamq; rem eandem Commis=
sionem Terminum utriq; Partibus
in Judiciis Nostris conservamus pe=
remptorium Decreti presentis Nostri
vigore. In cujus rei fidem presenti=
bus Sigillum Regni apponi manda=
vimus. Actum Varsaviæ Feriâ Secundâ
ipso Die Festi Sanctæ Agnetæ Virgi=
nis, et Martyris, Die scilicet Quintâ Men
Februarij. Annô Domini Millesimô Septin=
gentesimô Quinquagesimô Nonô. Regni
verò Nostri XXVI. Annô. Joannes Mata=
chowski Supremus Regni Cancellarius
m.p. Locus Sigilli. Majoris Cancellariæ
Regni. Relatio Ejusdem Illrmi, et Excellmi
Domini D. Joannis Comitis in Konskie
et Białaczew à Matachowice Mata=
chowski Supremi Regni Cancellarij,
Grodecen, Ostrolęcen et Capitanei. Anto=
nius Brzozowski Decretorum Curiæ
Regni Notarius m.p. Decretum Com=
missionis inter M. Bielinski Supre=
mum Mareschalcum Rñi, ac alios, atq;
M. Principem Czartoryski Palatinem
Russiæ, Capitaneum Latovicen, tum Op=

pidanos

pidanos, Catovicen, et alios. Tum scorsivo
S.æ R.æ Mtis Rescriptô Decreti supra exa-
rati post Curialis executivo. Tenoris gùs-
modi. Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex
Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ,
Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ,
Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ,
Smolenciæ, Severiæ, Czerniechoviæque
Nec non Hereditarius Dux Saxoniæ, et
Princeps Elector. Magnificis, et Gnis
Michaëli Cernensi, Gaspare Sochaco-
vien, Gizycki Wyssogrodien Castellanis
Michaëli Karczewski Cernen, Francisco
Nakwaski Wyssogrodien Succamera-
rijs, Mokronowski Capitaneo Cieha-
novien, Gabrieli Lisiewski Raven, Joanni
Laborowski Cernensi, Staniszewski Var-
saviensi Terrestribus Judicibus, Stani-
slao Prieuski Subjudici Terrestri Cernen
Matheo Bienkowski Notario Terrestri
Varsaviensi, Dluski Venatori Lubli-
nensi, Mrokowski Judici Castrensi Cer-
nensi, Laurentio Zielinski Venatori So-
chacovien, Modzelowski Camerario
Cernensi, Balthasare Jasinski Cer-
nensi, Klembowski Varsaviensi Regen-
tibus Cathen, Valentino Puchata, Se-
verino Pszeczkowski, et Dominico Jor-
zinski Commissarijs Nostris sincere, et
fideliter Nobis Dilectis, Gratiam Nam
Regiam. Nostri et Gnosi sincerè, et fide-
liter Nobis Dilecti. Expositum Nobis est
per certos Consiliarios Nostros Late-
Nostro assidentes, qualiter interceden-

tibus

tibus Differentijs de Limitibus inter Bona Ter=
restria Dembe Nostri Francisci Bielinski
Supremi Marschalci Regni Rohatinen
Capitanei Hereditaria ab una, atq; Bona
Nostra Oppidi Latowicz et Villæ Chy=
ziny ad Capitaneatum Nostrum La=
towicen spectantis, Possessioni Nostri
Augusti Principis Zartoryski Palatini
et Gnālis Terrarum Russiæ Capita=)
nei Latowicen subjecta parte ex altera
Sinceritatem, et Fidelitates Vestras in Com=
missarios Nostros ad effectum dis li=
mitationis hinc inde predictorum
Bonorum per Decretum Judiciorum
Nostrorum Posthurialium Regni sub
Actu hic Varsaviæ Feriâ Secundâ Ipsô
Festo Sctæ Agathæ Virginis, et Martyris
Die scilicet Quintâ Mensis Februarij
Annô Curren ex Controversijs Partium
eorundem prolatum pro utraq; Parte
designaveramus, Quo Decreto ad effe=
ctum non deducto, cum interea Nostig
Marschalcus Regni Rohatinen Capi=
taneus Bona Sua Hereditaria, una cum
hereditate predicta Villæ Dembe dissli=
mitanda in Personam Generosi Stanislai
Bielinski Capitanei Janowinen Filiastri Sui,
Recognitione quadam, Transactioneq; Offi=
ciosa alienaverit, ex dispositione verò
Legum Regni cuilibet Heredi Bonorum
Terrestrium impetrato à Nobis Rescripti
Commissionis ad Dislimitationem Suorum
Bonorum Terrestrium à Nostris quibusvis
Bonis Regalibus faciendam de Jure compe=
tit, tanto magis, quando motivo ejusmod
Dislimitationis Decretum supra allega=

tam

=tum Nrum jam alias interfesserat. Quo circa
Sinceritati / et Fidelitatibus Vris Commis=
sarijs Nostris prememorato Decreto pro
dtrag parte designatis, negotium pra=
sens Dilimitationis predictorum hic
inde Bonorum, tum Cognitionis mutua=
rum Partium pretensionum, et supe=
dicti Decreti Nostri in omnibus, et
Singulis contentis Suis ad obsequen=
tiam ejusd Executionis, innovandum,
ac denuo committendum esse duximus
prout per presentes innovamus, ac de=
nuo committimus. Requirentes Sin=
ceritatem et Fidelitates Vrãs qua=
tenus captatô interse certô, oppor=
tunô tempore, ac previjs Protescen=
tiarum Suarum Literis Duabus Septi=
manîs ante Terminum exhadendas
ad locum Differentiarum condescen=
dant, ibidemq Absentia nonnullorum
sui modo Quinque una cum Jnso Succa=
merario, aut illius Camerario Jnsdi=
cialj mutuo Partium Sumptu con=
ducendo adsint, non obstante, adcita=
tionisq Collateralibus, ac fundata Ju=
risdictione Sua Commissoriali, con=
tumaciâ alicujus Partium non at=
tentâ Jura, et Documenta earundem
Partium revideant, Ductus utriusq
Partis cum Visione Fundorum, et
Pratorum expediant, in omnibusq juxta
Jonantiam Decreti Nostri Supra de
Actu expressi procedant, Negotium
Limitum, et puncta Facti eodem Decreto
commissa

commissa cognoscant, et definiat, ac finaliter Bona Terrestria Villæ Dembe adpræsens Gnoii Stanislai Bielinski Capitanei Nostri Garvolinensis cum Suis attinen Hæreditaria, à Bonis Capitaneatus Nostri Latovicen, videlicet Oppidi Latowicz, et Villæ Chyziny de præscripto Statutorum Regni Jurium, ac Documentorum Partium, præallegatiq; Decreti nostri dislimitent, totumq; negotium præsens nihil intactum relinquendo decidant, Appellatione non nisi à Sola Definitiva Sententia Parti gravatum se sentienti, ad Nos Judicialiq; nostra Posteuridiâ Regni salvâ manente. Facturæ sunt præmissa Sinceritatem et Fidelitatem Vrõ pro Patriâ Nostra Officijq; Sibi Commissi debito. In cujus rei fidem præsentes Manu nostrâ subscriptas Sigillõ Regni Communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XXV. Mensis Januj Annõ Dñi MDCCLIX. Regni vero Nostri XXVI. Annõ. Augustus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Rni Antonius Sikorski S.R.M.tis et Sigilli Regni Secretarius mpp. Rescriptum S.R.Mtis pro Dislimitatione Bonorum Hæreditatis Dembe, à Bonis S.R.Mtis Oppidi Latowicz et Villæ Chyziny Capitaneatus Latowicen. Actis præsentibus Capitaneatibus Varsaviensi Feriâ Sextâ post Festum Visitationis B.V.Mæ proximâ Annõ Dñi 1759. præsens Rescriptum S.R.Mtis intuentum ad personalem oblationem P. Josephi Rogalski insertum, eui offerenti Originale prævia Officij præ-

sentis

sentis Quietatione est extraditum in cujus rei fidem subscribo. Josephus Strykowski Tribunus Terræ Raven Camerarius Terrestris et Vicegerens Castren Varsavien mpe: per Illustrem Mficum. Bonorum Dembe, Budziska, et aliorum Hæredem exportatis, nec non Literis Innotescentialibus ex parte Ejusdem Illris Mgu Hæredis, et aliorum contra Illrmum Principem Czartoryski Palatinum, et Generalem Terrarum Russiæ Capitaneum Latovicensem Oppidi Latowicz et villarum Chyziny, Wielgolas, ac aliorum ad eundem Capitaneatum spectan, et Bonis Dembe, ac Budziska Terrestribus contiguorum Possessorem, et Alios, et quidem primis Senoris Ejusmodi. Actum in Curia Regia Varsavien Feriâ Quartâ ante Festum Sæ Mariæ Magdalene proximâ. Annô Dñi 1759. Ad Officium, Actaq; præsen Castren Capitanealia Varsaviensia personaliter venien Ministerialis Regni Generalis Provides Simon Zelinski de Wola Rembkowska Authenticus, et Juratus, Officioq; præsenti ex reproducto Authentico Cognotus in vim Sui vera, ac fidelis Relationis palam, ac libere recognovit. Quia Ipse Citationis hujus infrascriptæ Innotescentialis Senoris sequentis. Nos Michäel Cernen Jaspar Sochaczevien Suffezynistæ, Ziziecki Wisogroden Castellani, Michäel Kardzewski Cernensis, Franciscus Nalewajski

Wisogroden

Wissogrodensis Succamerarij, Mokronowski Ciechanoviens, Capitaneus, Gabriel Lesiecki Raven, Joannes Laborowski Cernen, Staniszewski Varsavien Terrestres Judices, Stanislaus Pniewski Subjudex Terrestris Cernen, Mathaeus Bieńkowski Notarius Terrestris Varsavien, Dluski Venator Lubienen, Mrokowski Judex Castren Cernen Laurentius Zielinski Venator Sochaczovien, Modzelewski Camerarius Cernen, Balthasar Jasinski Cernen, Klembowski Varsavien, Regentes Castren, Valentinus Puchala, Severinus Przezkowski, et Dominicus Jordinski Commissarijs à Sa Mte ad infrascripta deputati. Vobis Illustri Mfico Augusto Principi Czartoryski Palatino, et Generali Terrarum Russiæ Latovicen Capitaneo, nec non Prois Antonio Jorski Venatori Terræ Ciechanovien, Eiusdem Illris Mgi Dalatini Russiæ Commissario. Petro Staniszewski Capitaneatus Latovicen, Œconomo, tum Sumatis Proconsuli, Consulibus, totiq; Magistratui, et Communitatibus Oppidi Latowicz, ac Villarum Chyziny, et Wielkolas, tum Laborionis Jasionek, Siwowarczyk chrost Telerczak de Communitatibus Villarum Chyziny, et Wielkolas ad Capitaneatum Latovicen spectant. Subditis per Vos Illrem Mfium, ac Prōs innotescitos coram Nobis statuendis, uti toties arrestatis præsentibus innotescimus. Exhibitum coram Nobis fuisse

et

et esse imprimis Decretum in Judicijs
S.R.e Mtis Posturialibus Regni Var-
savia Feriâ Secundâ ipsô Festô S.e
Agathæ Virginis, et Martyris, Die Se-
licet Quintâ Mensis Februarij Annô
currenti, Inter Ipsum Instigatorem Rzi
Egoq Delatorem Illrem Mficum Fran-
ciscum Bielinski Supremum Ma-
reschalcum Regni Capitaneum Roha-
tynen, Bonorum Villæ Dembe et alio-
rum Haeredem, aliosq ab una, atque
Illrm. et Mficum Palatinum et Genera-
lem Terrarum Russiæ Capitaneum
Latovicen, aliosq eodem Decreto
fine inde Specificatos mutuos Acto-
res et Citatos Parte ex altera ex con-
troversijs prolatum, nec non Rescri-
ptum S.e R.e Mtis de Data Varsaviæ
Die 25. Mensis Junij Anno eodem
curren in Personas Nostras emana-
tum, quô Rescriptô S.e R.e Mtis Dñi
Nostri Clementissimi; Quoniam inter-
ea prememoratus Illris Mficus Ma-
reschalcus Regni Bona Sua Ter-
restria una cum predicta Haeredi-
tate Villæ Dembe post prolationem
præallegati Decreti in Personam
Mficii Stanislai Bielinski Capitanei
Janvolinen Filiastrici Sui Transactione
officiosâ alienaverat nobis Com-
mittere dignata est, quatenus Diffe-
rentias inter prædicta Bona Terre-

stria

stria Dembe ad præsens Mstici Stanislai Bie-
linski Capitanei Zarvolinen Hæredi-
taria ab una, atq; Bona Sæ R.e Mtis
Oppidi Latowicz et Villam Chyzyny
et Wielkolas Capitaneatus Latowicen
parte ex altera ad præscriptum præ-
allegati Decreti dislimitemus, Parti-
um mutuas prætensiones cognoscamus,
totumq; Negotium præsens etiam in
punctis facti per Idem Decretum, et
Rescriptum Sæ R.e Mtis Nobis Com-
missum juxta contenta sæpedicti
Decreti, tum Rescripti definiamus;
Quocirca Vobis Illri Mstico Palatino-
Russiæ Capitaneo Latowicensi aliisq;
ut supra innotescitis Authoritate Nostra
Commissoriali, quâ hâc in parte fun-
gimur mandamus, quatenus ad In-
stantiam Illris Mstici Francisci Bie-
linski Supremi Marschalci Regni
anteacti, et Memorati Mstici Stanislai
Bielinski Capitanei Zarvolinen. præ-
dictorum Bonorum Villæ Dembe,
ac aliorum moderni Hæredis, tum
Generosorum Joannis Reymann Ec-
rundem Bonorum Gnalis Commis-
sarij, et Francisci Dybowski Villæ
Dembe Administratoris in loco Cam-
pestri Differentiarum in et pro feriâ
Secundâ post Festum S. Laurentij
Martyris videlicet pro Die Tertiâ
Mensis Augusti Annô Currenti
1759 personaliter legitimè, ac pe-
remptoriè

peremptoriè compareatis Ad videndum
et Audiendum tam præallegatum De-
cretum, quam Rescriptum S.R.M. Mtis
reproduct, Jurisdictionem Nostram Com-
missorialem fundari, ad executionem Ejus-
dem Decreti, et Rescripti S.R.M. Mtis
juxta eorum contenta in omnibus, et
singulis punctis procedi, et taliter præ-
vijs ductibus, ac Inquisitione Testium
negotium præsens Dislimitationis præ-
dictorum hinc inde Bonorum, aliarumq;
quod sibi Recognoscenti super memoratum

villam

Villam Solomiel sevit, et competit in Perso-
nam dicti Jnesi Nicolai Osmolskii cessit,
abscessit, et condescendit, prout quidem per
presentes tam de predicta advitalitate,
Privilegio, et de juribus suis, quam etiam
de Ipsa Villa cum omnibus Agris, pratis,
Campis, Sylvis, nemoribus, fluvijs, flu-
minibus, Stagnis, Molendinis, Tabernis,
Subditis, eorumq̃ censibus, Laboribus,
commodis, utilitatibus, et emolumentis,
ac omnibus attinentijs, et pertinentijs
ad prædictam Villam Solomiee spectan,
nullis penitùs exceptis, neq̃ pro se, aut
quopiam alio reservatis, cedit, abscedit,
et condescendit, omneq̃ Jus Suum Advita-
litium, Possessionem, et usumfructum in
Eundem Jnesum Nicolaum Osmolskii trans-
fert, transportat, et transfundit. Intro-
missionemq̃ realem, et actualem cum
pacifica possessione per Ministerialem
quemvis Regni Jnãlem, et Nobiles Dus
quosvis facilius conducendos, quandoq̃
voluerit in prememoratam Villam
Solomiee dandam, et conferendam pre-
fato Jnesso Nicolao Osmolskii dat, con-
fert, et liberè admittit, datamq̃, et
admissam nec per se, nec per quasvis
submissas, et subordinatas Personas pre-
petiturum, aut impugnaturum, quinimò
liberè ad eandem admissurum sese in
et super omnibus Bonis Suis mobilibus

et mobilibus

et immobilibus inscribit, et obligat. Haĉ
suâ personali Recognitione ad præmissa
mediante, pro majori verò firmitate manu
propriâ se se subscripsit. F. Bielinski S.R.
M. mp: Quam ejusmodi Cessionem sic, ut
præmissum factum, et recognitam Nos ra=
tum, firmam, ac de Jure validam habentes,
haberiq; ab omnibus volentes, eam ad
Acta præsentia Metricas Regni suscipi,
ijsdem inseri, et Parti postulanti authen=
ticè extradi, permisimus. In quorum fi=
dem &c Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu.

Cedit Nfus Bielinski Supremus
Regni Mareschalcus De Bonis
Hulkow Gnoso Osmolski.
Augustus Tertius &c Significamus &c Quo=
modò coram Nobis, Actisq; præsentibus
Metricas Regni, Cancellariæ Nostræ Majoris
personaliter comparens Nfus Francis=
cus Bielinski Supremus Regni Mare=
schalcus Rohatinen: & Capitaneus sanus
mente, et corpore existens à Jure, Terris,
Districtibus, et Jurisdictibus suis, quibus=
vis proprijs, et competentibus recedens
præsenti verò Nostræ Regiæ Jurisdictioni
se cum Bonis suis generaliter omnibus
subjiciendo, et incorporando sponte, palam,
libere, ac per expressum recognovit, præ=
sentibusq; recognoscit. Quia Ipse inhæ=
rendo Literis Consensûs Nostri Regij
Sibi

Sibi Recognoscenti adcidendum de Villa
Hulkow in Palatinatu Russiæ, Terra verò
Halicien sita, seu verius Leopolien jacen
per Nos benigne concessis, manu Nostrâ
Regiâ subscriptis, et Sigillô Rni majori
communiti, ad præsens in Suo Originali
illeso exhibitis, Tenoris sequentis = Au=
gustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ,
Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ,
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ,
Severiæ, Gemiechoviæq; Nec non Here=
ditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector.
Significamus præsentibûs Literis Nostris
quorum interest universis, et singulis.
Consensisse Nos, et permisisse, consentireq;
et permittere Mfico Francisco Bielinski
Supremo Rni Marschalco Rohatinen
Capitaneo, ut possit, et valeat de omni
et integro jure suo advitalitio, quod, et
quale Ipsi super Villam Hulkow in Pa=
latinatu Russiæ Terra verò Haliciën, seu
verius Leopolien sitt servit, et competit ce=
dere, illudq; in Personam Gnæi Nicolai
Osmolski transferre, et transfundere; Qud
quidem Cessio Juriq; transfusio, poste=
quam coram Actis quibusvis Regni Au=
thenticis facta, et recognita fuerit, Nos
eam ratam, et gratam habituri sumus.
uti eam, qud præsio hôce Consensu hô
peragetur, vigore cujus Cessionis, Juriisque
transfusionis memoratus Gnæus Osmolski

Gfutam

prefatam Villam Hulkow cum Curia
Fradio, et omnibus agris, pratis, Campis, Syl-
vis, Nemoribus, fluvijs, fluminibus, stagnis,
piscinis, molendinis, Tabernis, Subditis, eo-
rumq̃ laboribus, censibus, dationibus, et
emolumentis, attinentijsq̃ et pertinentijs ge-
neraliter omnibus, nullis penitùs exceptis
tenebit, habebit, et possidebit ad extrema
vitæ Suæ tempora. Promittimus autem
pro Nobis, et Sermis Successoribus Nostris
Non esse Nos, Sermosq̃ Successores Nostros
ab usu et pacifica possessione dictæ Villæ
Hulkow prædictum Quorum Arnoldi amo-
turos, aut alienaturos, neq̃ amovendi
aut alienandi cuipiam potestatem da-
turos, sed salvum, et integrum jus Advi-
talitium eidem conservaturos, quod et
Serenissimi Successores Nostri præstabunt.
Ratione cujus Advitalitatis solitam
Proventuum Quartam partem ad Thesau-
rum Regni inferre tenebitur. Juribus Nris
Regalibus Reipũblicæ, Ecclesiæq̃ Catholicæ
Salvis manentibus. In quorum fidem
præsentes manu Nostrâ subscriptas Si-
gillo Regni communiri jussimus. Datum
Varsaviæ Die XXV. Mensis Junij. Annô
Domini MDCCLXI. Regni verò No-
stri XXVIII. Annô. Augustus Rex. Louis
Sigilli Majoris Cancellarius Regni. Adal-
bertus Rakowski Pecillator Terræ Viz-
nen Sigilli Majoris Regni Secretarius
mp. Consensus Cedendi de Villa Hulkow
in Palatinatu

in Palatinatu Russiæ, Terra verò Halicien, seu veriùs Leopolien sita in Personam Gnōi Nicolai Osmolski, Nstrō Supremo Regni Mareschalco Rohatinen Capitaneo datur. A tergo verò earūdem Literarum verba sunt hæc. Cancellariatu Illmi, et Excellmi Domini Joannis Comitis, in Konskie, et Biatazew, à Malachowice Malachowski Supremi Regni Cancellarij Ostrolegen, Prodecen, & Capitanei Sigillatum. Jam exnunc et defuto de omni; et integro Jure suo advitalitio, quod sibi Recognoscenti super memoratam Villam Stulkow venit, et competit, in Personam dicti Gnosi Nicolai Osmolski cessit, abscessit, et condescendit, prout quidem per præsen tam de prædicta advitalitate, Privilegio, et de Juribus suis, quam etiam de Ipsa Villa cum Curia, Gradio, et omnibus agris pratis, campis, Sylvis, nemoribus, fluvijs, fluminibus, Stagnis, piscinis, molendinis, Tabernis, Subditis eorumq; laboribus, censibus, dationibus, et emolumentis, attinentijsq;, et pertinentijs generaliter omnibus nullis penitùs exceptis, neq; prose, aut quopiam alio reservatis cedit, abscedit, et condescendit, omneq; Jus Suum advalitium, Possessionem, et usumfructum in Eundem Gnōsum Nicolaum Osmolski transfert, transportat, et transfundit. Intromissionemq; realem, et actualem

cum

cum pacifica possessione per Ministerialem quemvis Regni Generalem, et Nobiles duos quosvis facilius conducendos, quandocunq; voluerit in prænominatam Villam Hulkow dandam, et conferendam prætacto Gnōso Nicolao Osmolski dat, confert, et Libere admittit, datamq; et admissam nec per se, nec per quasvis submissas, et Subordinatas Personas impediturum, aut impugnaturum, quinimò libere ad eandem admissurum se se in et super omnibus Bonis Suis mobilibus, et immobilibus inscribit | Stâ Suâ personali Recognitione ad præmissa mediante, pro majori verò firmitate manu propriâ se se subscripsit. J. Bielinski J.R.M.mp Quam ejusmodi Cessionem sic ut præmissum factam, et recognitam Nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, habereq; ab omnibus volentes eam ad Acta præsentia Metrices Regni susciri, ijsdem inseri, et Partiprotulanti authentice extradi, permisimus. In quorum fidem Actum, et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu Oblata Confirmationis Juriùm Conventui Varsavien Ordinis S. Augustini servientium.

Augustus Tertius de Clarificamus de Quomodò coram Nobis Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariâ Nostræ Majoris personaliter comparens Rndus Andreas Lawacki Ordinis Eremitarum Sancti Augustini | et obligat.

gustini Conventûs Varsavien ad ædes S. Mar=
tini Prior, obtulit ad Aeticandum, Actiq; pre=
sentibus inscribendum Literas Confirmationis
Jurium eidem Conventui Varsavien Ordinis
S. Augustini, primò per Illmos Duces Ma=
sovia, deindè per Serenissimos Antecessores
Nostros Reges Poloniæ super libera moli=
tione frumentorum in Molendinis Capita=
nealibus Varsavien collatorum, hîc Var=
savia Die Duodecimâ Mensis Junij, Annô
immediatè præteritô Millesimô Septin=
gentesimô Sexagesimô. Manu Nostrâ Regiâ
subscriptas, et Sigillo Majori Regni | com-
munitas, in Pargameno scriptas, sanas,
salvas, et illæsas omniq; prorsus suspitio=
nis Nota carentes. Tenoris sequentis =
Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ, Prussiæ,
Masovia, Samogitiæ, Kijovia, Volhynia,
Podolia, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ,
Severiæ, Czerniechoviæq; Necnon Hæredi=
tarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector.
Significamus præsentibus Literis Nostris
quorum interest universis, et singulis. Ex=
hibitas Nobis esse binas Literas Pargu=
meneas Authenticas, Primas à Prædeces=
soribus Nostris Illustrissimis Stanislao
et Janussio Ducibus Masovia Venerabili
Conventui Varsavien Ordinis Sancti Au=
gustini Eremitarum ad ædes S. Martini
sito, et ejus Prædio super libera Molitione
frumentorum omnis grani, et braseorum
in Molendinis Capitaneatûs Varsavien
Appensili

absq;

absq; quavis solutione, attributo Metretarum
concessas; Alteras Serenissimi olim Sigismundi
Augusti itidem Prædecessoris Nostri primarum
confirmatorias; Tertias verò Papyreas utpotè
Rescriptum à Sermo olim Augusto Secundo
Parente Nostro desideratissimò ad Capita-
neum protunc Varsavien: in executione
præfatorum binorum Privilegiorum dire-
ctum, Manu Ejusdem subscriptum, et Sigillo
Majoris Cancellariæ Regni munitum, omnes
dictas Trinas Literas sanas, salvas, illesas,
omniq; suspitionis Nota carentes, Supli-
catumq; Nobis esse nomine, et pro parte
dicti Venerabilis Conventûs Varsavien:
Ordinis Sancti Augustini Eremitarum
ad Ædes Sancti Martini, ut Ejusmodi Lite-
ras Authoritate Nostrâ Supremâ Regiâ
approbare, et confirmare dignaremur.
Quarum quidem Literarum, et quidem
primarum tenor est de verbo ad verbum,
qui Sequitur. Stanislaus, et Janussius
Dei Gratiâ Duces Masoviæ, Russiæ etcetr.
Significamus tenore præsentium, quibus
expedit universis generaliter, tam præ-
sentibus, quàm futuris præsentium No-
titiam habituris. Quia ob respectum
Cultûs Divini, atque Spiritualium me-
ritorum augmentum erga Conventum,
seu Claustrum Sancti Martini in Civitate
Nostra Varsaviensi Priorem; et Fratres
ejusdem Conventus singulari gratia,
et benignitate acclinati speciali pre-
rogativâ, et exemptione eâ videlicet, ut

frumenta

frumenta grani universi pro Illorum, Conventusq;
ac Prædij eorum necessitate, et indigentia Pii
omnibus Nostris Molendinis Ducalibus Varsa-
viensibus sine omni solutione, ac tributo Me-
tarum Nostrarum, nobisq; provenientium
molerentur, et redderentur; Eundem Conventum
Prioremq; et Fratres Nunc, et pro tempore
in futurum existentes, ab hujusmodi Mebre-
tarum Nostrarum tributo duximus, atq; sta-
tuimus libertandum, eximendum, et absolven-
dum, libertamusq; eximimus, et absolvimus
harum serie Literarum. Itaq; quotiescunq;
et in quocunq; Nostrorum Molendinorum Var-
saviensium contigerit Eos, et opus illis fuerit fru-
menta quibq; molere, toties omni tempore
nulli etiam hominum molere subsequenter
debentium sequentia observata, alias prez
Koley frumentum, seu frumentorum farina-
atq; Brasea integrè, et sine omni Mebretura
Nostrarum receptione recipere, et percipere
debebunt, ac plenam habebunt libertatem
temporibusq; perpetuis. Quapropter omni-
bus, et singulis pro nunc et in futurum
pro tempore existentibus Nostris Officialibus
Molendina omnia Nostra Varsaviensia
regentibus, et tenentibus, ac Tenutarijs
quibuscunq; Molendinorum hujusmodi
districtè præcipientes mandamus. Quate-
nus Conventum Ipsum, Prioremq; et Fra-
tres ejusdem in hujusmodi prærogativa
et exemptione per Nos illis piè largita
observare studeant, ac curent, nec à

frumentis

frumentis eorum metretas, à modo et in perpetuum exigere, et recipere audeant. In cujus rei evidens Testimonium Sigillum Nostrum mediocre quo utimur, præsentibus est appensum. Datum Varsaviæ Feriâ Secundâ Die Festi Exaltationis Sanctæ Crucis. Annô Dñi Millesimô Quingentesimô Vigesimô Tertiô: Paulus Gapski Præpositus Varsavien Ducatus Masovie Vicarius Jst. Louis Sigilli pensilis= Alterarum verò Literarum superiùs mentionatarum series est hujusmodi. Sigismundus Augustus Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæq; &c Dominus et Hæres= Significamus tenore præsentium, quibus expedit universis, et singulis. Exhibuisse coram Nobis p certos Consiliarios Nostros nomine Religiosi Stanislai Jedronij, totiusq; Conventûs Monasterij Sancti Martini intra muros Civitatis Varsaviensis Literam unam Pargamineam tenoris Infrascripti, in et super Molitionem frumentorum grani universi Conventui prefato, et ejus Prædio authentica à Prædecessoribus Nostris olim Illustris Ducibus Masoviæ concessam, sanam, salvam, et integram, nulliq; vitio, aut suspitioni obnoxiam; Quâ quidem Literâ Ipsum Conventum, ac Ejus Prædium à solutione omnimoda Metretarum prefati Prædecessores Nostri absolvunt, eximunt et liberos reddunt. Supplicasq; à Nobis, ut eandem

B

Literam

Literam, et omnia ejus contenta Authoritate
Nostrâ Regiâ approbare, ratificare, et con=
firmare dignaremur, cujus quidem Literæ
ea est series= Stanislaus et Januarius
Dei Gratia Duces Masovia, Russiæ, &c.
Significamus tenore præsentium quibus ex=
pedit universis generaliter, tam Præsen=
tibus, quam futuris præsentium noti=
tiam habituris; Quia ob respectum cul=
tûs Divini, atq; Spiritualium merito=
rum augmentum erga Conventum seu
Claustrum S. Martini in Civitate Nostra
Varsavien, Priorem̃q et Fratres Ejusdem
Conventûs singulari Gratiâ et benigni=
tate acclinati speciali Prerogativâ, et
exemptione, ea videlicet, ut frumenta
grani conversi pro illorum, Conventus̃q
ac Prædij Eorum necessitate; ac indigentia
in omnibus Nostris Molendinis Duca=
libus Varsavienſibus sine omni Solu=
tione, aut tributo Metretarum Nostrarum
Nobisq; provenientium molerentur, et
redderentur, Eundem Conventum Priorem̃,
et Fratres nunc, et pro tempore in flu=
tarum existentes, ab hujusmodi metre=
tarum Nostrarum tributo duximus,
atq; statuimus libertandum, eximen=
dum, et absolvendum, libertamusq;
eximimus, et absolvimus harum Serie
Literarum. Itaq; quotiescumq; et inquo=
cunq; Nostrorum Molendinorum Var=
saviensium contigerit eos, et Opus illis

fuerit

fuerit frumenta quaeq̃ molere, toties omni
tempore nulli etiam hominum molere
subsequenter debentium sequentia obser=
vata alias przez koley frumenta seu
frumentorum, farinam atq̃ Brasea integrè,
et sine omni metretarum Nostrarum re=
ceptione recipere, et percipere debebunt
ac plenam habebunt libertatem tempo=
ribus perpetuis. Quapropter omnibus
et singulis protune, et in futurum pro
tempore existentibus Nostris Officialibus
Molendina omnia Nostra Varsavienfia
regentibus, et tenentibus, ac Tenutarijs
quibuscunq̃ Molendinorum hujusmodi
districtè praecipientes mandamus, qua=
tenùs Conventum ipsum, Priorem̃q̃ et
Fratres Ejusdem in hujusmodi prærro=
gativa, et exemptione per Nos illis piè
largita observare studeant, et curent,
nec à Frumentis eorum Metretas à modo
et in perpetuum exigere, et recipere au=
deant. In cujus rei evidens testimonium
sigillum Nostrum mediocre, quo utimur
praesentibus est appensum. Datum Var=
saviae Feriâ Secundâ Die festi Exal=
tationis Sae Crucis. Annô Domini Mil=
lesimô Quingentesimô Vigesimô Tertiô
Paulus Czapski Praepositus Varsavien
Ducatûs Masoviae Vicarius Jut. Nos itaq̃
Sigismundus Augustus Rex praefatus Sup=
plicationi Ejusdem benignè annuentes
praeinsertam Literam, quatenus usus ejusq̃
retineter in omnibus punctis, clausulis
conditionibq

conditionibus, et articulis Authoritate Nostrâ
Regiâ approbamus, ratificamus, et con=
firmamus, insuper et robur debitæ fir=
mitatis obtinere debere decernimus hu=
rum testimonio Literarum, quibus Si=
gillum Nostrum est appensum. Datum
Petricovie in Conventione Regni Nostri
Generali Feriâ Tertiâ post Dominicam
Septuagesimæ proximâ. Annô Domini
Millesimô Quingentesimô, Sexagesimô
Tertiô. Regni Nostri Trigesimô Quartô
Joannes Ocieski Regni Polonie Cancel=
larius: Relatio Mandati Joannis de Ocie=
szyno Regni Polonie Cancellarij Cracov
Generalis, ac Oswiecimen, Zatoriensis,
Samborien sis, Osztynensisq Capitanei
Locus Sigilli Pensilis. Tertiarum de=
mum Literarum tenor est qui sequit,
tabis= Augustus Secundus Dei gratia
Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie,
Russie, Prussie, Masovie, Samogitie,
Kijovie, Volhynie, Podolie, Podlachie
Livonie, Smolenscie, Severie, Czernie=
chovieq; Nec non Hæreditarius Dux
Saxonie, et Princeps Elector. Magnifico
Josepho Potocki Palatino Kijovie, Ca=
pitaneo Nostro Varsavien si sincere Nobis
Dilecto, Gratiam Nostram Regiam; Ma=
gnificè sincerè Nobis dilecte. Concessam
et permissam habent Privilegio Illu=
strissimorum Olim Stanislai, et Janussij
Ducum Masovie facultatem liberam
moliendi Frumenta, et Brasea omnis
generis

generis in Molendinis Nostris Varsavien
quibuscunq; absq; pensione, et tributo me-
tretarum Religiosi Fratres Conventûs Sancti
Martini pro necessitate sua, et Familia
Prædÿ illorum temporibus perpetuis.
Qua propter cum inter alia Nostri etiam
muneris sit jura, et Ecclesiasticas Liber-
tates promovere, eaq; tueri volumus,
atq; sinceritatem vestram serio requi-
rimus, quatenus Fratres Conventus pre-
fati in usu, et libera moliendi frumen-
torum et Braseorum facultate juxta
Jura et Prærogativas eorum conser-
vet, et manuteneat, Molendinatoribus
etiam, et factoribus suis serio praeci-
piat, ne metretas ullas frumentorum
et Braseorum quorumvis, sivè ea pro
usu Conventûs prefati, sivè Familiæ
Prædÿ illorum demoliant, unquam per-
cipere audeant pro Gratia Nostra. Da-
tum in Vschowa Die Decimâ Quintâ
Mensis Decembris. Annô Domini Mille-
simô, Septingentesimô Decimô Septimô
Regni verò Nostri Vigesimô Primô Annô
Augustus Rex. Loco Sigilli Majoris
Cancellariæ Regni. Mathaus Iliak En-
sifer Brautavien Sae Rae Mtis Majoris
Regni Secretarius mp Rescriptum ad
Officium Palatinum Kijoviæ, Capita-
neum Varsavien pro parte Religiosor
Fratrum Conventûs Sancti Martini
Varsavien. Nos itaq; Augustus Tertius
Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernichoviæ, necnon Saxoniæ, Cleviæ, Juliæ, Montium, Angariæ, Westphaliæ, Elector, Dux Saxoniæ, Archi-Marschallus, et Archi-Camerarius Sacri Romani Imperii, Princeps Elector, Landgravius Thuringiæ, Marchio Misniæ, Burggravius Magdeburgensis, Princeps Anhaltinus, Comes Hennebergæ, Marcæ, Ravensbergæ, Barbi, Kevernburgi, Tonnæ, Dux Juliacensis, Montensis, Angariæ, Westphaliæ, Comes Ravensbergæ, Barbi, Kevernburgi, Tonnæ, Dominus Ravensteinii, Lingæ, Dominus Dominorum, Rex Sueciæ, Gothorum, Vandalorum, Dux Scaniæ, Carelorum, Bremæ, Verdæ, Stetinensis, Pomeraniæ, Cassubiæ, Wandalorum, Princeps Rugiæ, Ingriæ, Wismariæ, Comes Palatinus Rheni, Bavariæ, Dux Utriusq; Bavariæ, Comes Palatinus Rheni, Dux Novi Comitatus Palatinatus Rheni, Comes Veldentiæ, Sponheimii, Marchiæ, Ravensbergæ, Barbi, Kevernburgi, Tonnæ, Dominus Ravenstein

supranominatus supra insertas Litteras de plenitudine potestatis Nostræ Regiæ in omnibus earum punctis, clausulis, articulis nexibus, ligamentis, contentis, et conditionibus approbandas, confirmandas, et ratificandas esse duximus, prout in quantum Juris est, et usus earum habetur, approbamus, confirmamus, et ratificamus hisce Literis Nostris decernentes easdem vim, et robur perpetuæ firmitatis obtinere debere. In quorum fidem presentes manu Nostrâ subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XII. Mensis Junij, Annô Dñi MDCC Lx. Regni verò Nostri X.XVII. Annô. Augustus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni in pixide Laminea appensi. Adalbertus Rakowski Pocillator Terræ Vinen Sigilli Majoris Regni Secretarius mpp. Confirmatio Literarum super libera, absq; solutione Metretarum in Molendinis Capitanealibus Varsavienſibus frumentorum molitione Conventui Varsavien Ordinis Sancti Augustini Eremitarum ad Ædes Sancti Martini sito servientium. Quas ejusmodi Literas, sic ut premissum oblatas, Nos ad Acta presentia Metricæ Regni suscipi, ijsdem inseri, et parti postulanti authentice extradi, Originale verò rursus Eidem Religioso Offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Nram quietavit, Sicq; quietat et manu propria se subscripsit. Fr

Thoreas

Andreas Zawadzki Conventûs Varsavien
Prior. Ordinis Erem. S. P. Augustini mpp. In
quorum fidem &c. Actum et Relatio
ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Tertiâ pridie Festi Divi-
sionis SS. Apostolorum
Die scilicet Decimâ Quarta
Mensis Julij Annô Dñi 1701.

Oblata conservationis circa Sul-
tetiam Pozolien Honestorum Grohn
et Dobrzyk.

Augustus III. &c. Significamus &c. Quomodò coram
nobis Actisq. præsentibus Metricis Regni Can-
cellariæ Nostræ Majoris personaliter com-
parens Honestus Georgius Reinholdus Grohn
obtulit ad Acticandum, Actisq. præsenti-
bus inscribendum Literas conservationis
sui, et Honesti Joannis Dobrzyk cum Suc-
cessoribus circa Sultetiam in Villa Nâ
Regali Pozolia ad Capitaneatum Christ-
burgen spectan, tum scorsivos Mansos
Duos, et Jugera Octo in ibidem sitt. Hiæ
Varsaviæ Die Decimâ Quintâ Mensis Maij
Anno ad præsens currenti Millesimô Se-
ptingentesimô Sexagesimô Primô, per
nos benigniter datas, manu Nostrâ Sub-
scriptas, et Sigillô minori Regni pensili
communitas, in pargameno Scriptas, sa-
nas, salvas, et illæsas omniq. prorsus
suspitionis nota carentes, tenoris se-
quentis:— Augustus Tertius Dei Gratiâ
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ,
Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ Kijo-

viæ

via, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ,
Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque
nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et
Princeps Elector. Significamus præsentibus
Literis Nostris Quorum interest universis,
et singulis. Quia Nos ad intercessionem
certorum Consiliariorum Lateri nostro assi-
dentium, nomine et pro parte Stanislai
Georgij Reinholdi Grohn, et Joannis Do-
brzyski Scultetorum Pozolien ad Nos fa-
ctam, faciendum esse duximus, ut Eos
Scultetos una cum Eorum Successoribus
circa Scultetiam Lanealem, Quatuor Man-
sos agri mensura Culmensis in se con-
tinentem in Villa Pozolia, ad Capitanea-
tum Nostrum Christburgen spectante,
in Palatinatu Mariæburgen sitt, et jacen,
tium circa Privilegium Originale Cruci-
gerorum Anni Millesimi Trecentesimi
Quinquagesimi Quarti, ejusq Confirma-
tionem per Sermum Divæ memoriæ
Stephanum Regem, aliosq Serenissi-
mos Reges Poloniæ Prædecessores Nostros
subsecutas, et Lustrationem Regni Mil-
lesimi, Sexcentesimi, Quadragesimi Tertij,
Nec non Revisionem Lanearum in eod
Palatinatu ad mentem Constitutio-
nis Regni Millesimi Sexcentesimi,
Quinquagesimi Secundi, in Anno
Millesimo Sexcentesimo Quinquage-
simo Secundo Diebus Decembris, et
Millesimo Sexcentesimo Quinqua-
gesimo Tertio, Diebus Januarij per

Præsos

Generosos Revisores ex Laudo Conventûs
Generalis Graudentinen. Terrarum Prussiæ
Deputatos expeditam, atq; circa seorsi=
vos Duos Mansos, et Octo Jugera Agri supra
dicto Privilegiô Cruciferorum Scultetiæ
eidem Pozolien ex Censu Annuo quotan=
nis solvendo adjunctt, et Contractibus
Emphiteuticis consecutivè per Nros
Capitaneos Christburgenses, ac præsertim
immediatum Nrum Petrum Georgium
de Przebendowo Przebendowski Palatinus
Marienburgen., uti Capitaneum Christ=
burgen Die Quartâ Mensis Februarij
Annô Millesimô Septingentesimô Quin=
quagesimô Secundo ad Annos Triginta
sese sequentes super ijsdem duobus
Mansis eidem Scultetiæ annexis dato,
et per Privilegium Nostrum de Die Octava
Mensis Junij Annô eôdem Millesimô
Septingentesimô Quinquagesimô Se=
cundô confirmatô stabilitos, tum quoq;
circa Jura quæsita ejusdem Scultet=
tiæ, cumq; omnibus, et singulis liber=
tatibus in sæpefato Originali Privi=
legio Cruciferorum Lustrationibus
Regni, Revisione, et Contractibus
Emphiteuticis descriptis, conservare=
remus, et manuteneremus, prout sup=
plendo, quovis defectus, tollendo quoq;
abusus, si qui in Jure Eorum quæsito
irrepserant, de plenitudine potestatis
Nostræ Regiæ Eosdem Honestos Georgium
Reinholdi

.Reinholdum Grohn, et Joannem Dobrzyk Scul=
tetos cum Eorum Successoribus circa eandem
Scultetiam Lanealem quatuor Mansorum sul=
mensium, atq; scorsivos duos Mansos, et Ju=
gera Octo ad hanc Scultetiam spectan tum
quoq; circa suprarecensita Jura, et Privilegia
quæ omnia, et singula hic pro insertis
habere volumus: / conservamus, et manu=
tenemus, eaq; Jura Eorum approbamus,
et confirmamus præsentibus Literis Nris.
Vigore quarum dicti Scultheti hanc Scul=
tetiam Lanealem cum omnibus ejus
fundis, agris, hortis, pratis, Campis, pa=
scuis, rubetis, viriultis cunctisq; attinen=
tijs, et pertinentijs, eò antiquitùs spectan=
tibus, cumq; libera incisione in Sylvis
Nostris Regalibus Capitaneatûs Christ=
burgen Lignorum pro foco, et delificijs, nec
non Cerevisiæ coctione, et Crenati usti=
one, ac libera in lacubus, et Piscinis, flu=
minibusq; piscatione, pro solo dunta=
xat domestico usu, tum oviùm con=
servatione cum Eorum Successoribus,
nec non memoratos duos Mansos Censua=
les eidem Scultetiæ antiquitùs annexos,
tenebunt, habebunt, et possidebunt; ita ta=
men ut in casu Servitij Bellici quotam
pecuniariam pro Regimine Militiæ La=
nealis ad mentem Legum Regni, atq;
Censum ex alijs duobus Mansis, quo=
tannis statô Tempore persolvere te=
nentur, et sint obstricti. Insuper Eos&
Honestos Georgium Reinholdum Grohn,
et Joannem Dobrzyk Sculletos una
cum

cum Eorum Successoribus ab omnibus Con=
tributionibus, Datiònibus, Statiònibus,
et pernoctationibus Militaribus, aliis one=
ribus, quocunq; nomine vocitatis liberos,
et immunes faciimus. Promittimus au=
tem pro Nobis, et Sermis Successoribus
Nostris, non esse Nos Sermosq; Succesio=
res Nostros praedictos Honestos Grohn, et
Dobrzyk Scultetos Pozolienses, Eorumq;
Successores ab usu, et Possessione dicte
Scultetiæ, ejusq; attinentiarum, amoturos
aut alienaturos, neq; amovendi aut alie=
nandi cuipiam protestatem daturos, sed
salvum, et integrum Jus eorum supra re=
censitum conservaturos, quod et Serenissimi
Successores Nostri praestabunt, Juribus Bris
Regalibus Regiæ, Ecclesiæq; Romano Ca=
tholicæ salvis manentibus. In cujus
Rei fidem praesentes Manu nostrâ sub=
scriptas, Sigillo Regni communiri jussimus
Datum Varsaviæ Die XV. Mensis Maij
Anno Domini M.D.CC.LXI. Regni vero
Nostri XXVIII. Anno. Augustus Rex. Locus
Sigilli Minoris Cancellariæ Regni in pixide
Laminea appensi. Antonius Sikorski Sae
Rae Mtis et Sigilli Rni Secretarius mp Con=
servatio Honestorum Georgij Reinholdi
Grohn, et Joannis Dobrzyk circa Scul=
tetiam in Villa Regali Pozolia ad Ca=
pitaneatum Chrisburgen spectan, tum
reversivos Mansos Censuales, et circa Jura
ac Privilegia Eorum Quas ejusmodi Li=
teras Conservationis, sic ut Premissum

oblatas

oblatas, Nos ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et parti proStulanti authentice extradi, Originale vero Eidem Ste offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Nram quietavit, propriâ se subscripsit. Georgi Reinholdt Grühn. In cujus rei fidem Et Actum et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Quartâ ipso Die Festi Divisionis SS. Apostolorum Die scilicet Decimâ Quintâ Mensis Julij Anno Dñi 1761.

Manifestatur de Diligentia Generosus Nowicki.

Augustus Tertius Et Significamus Et Quomodo coram Nobis, Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Generosus Hilarius Nowicki Notarius Thesauri Magni Ducatûs Lithvaniæ sui, et Nobis Chmielewski Famuli Sui Nomine agens sanæ mentis, et corporis existens recedens à Foro, Terris, Districtibus, et jurisdictione sua quavis propria, et competente recedendo, præsenti vero Nrâ Regiâ secum Bonis suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando sponte, palam, libere, ac per expressum recognovit, præsentq; recognoscit. Quia Ipse Decreto in Judicijs Marschalcalibus Præsidente Ipsomet

Nro

Nro Francisco Bielinski Supremo Rñi Mareschalco, Rohatynen Ac Capitaneo hic Varsaviæ sub præsentia Nostra Sabbatho post Festum Visitationis Bmæ Vgis Mariæ proximo Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo inter Instigatorem Judicij ejusdem et Nrum Joannem Comitem in Konsuie et Biatazow a Matachowice Matachoffski Supremum Regni Cancellarium, Ostrogen. Grodzen. Capitaneum, tum Nblem Josephum Gregermajer Palatiorum Ejusd Nrii Supremi Rñi Cancellarij Nurgrabium Actores ab una, atq se comparentes et supra memoratum Nblem Chmielewski Famulum Suum Citatos occasione appensionis Serrarum ad ædificia præcen-siti Nrii Supremi Rñi Cancellarij in Curiola hic Varsaviæ in Platea Senatorska dicta, existente parte ab altera, prolato paratus erat, promptumq se obtulit, ac præsentibus se offert evitando rigorem ejusdem Decreti Mareschalcalis, tum in ingressu, quam egressu Turrim, et de Turri, ac evolvendis pœnis luitus eodem Decreto super se comparenta, et Nobli Chmielewski irrogatis, satisfacere ac omnia puncta ejusdem Decreti in toto explere; Verum quoniam prælibatus Nrus Supremus Rñi Cancellarius easdem pœnas sessionis Turricæ, et luitarum seu vadiorum sibi Manifestanti, et eidem Nobli Chmielewski ex gratia sua ad singulorem instantiam condonavit; Ea propter de omnimoda

de omnimoda diligentia Sui, et Nõlis Chmie-
lewski ac satisfactione eidem Decreto Ma-
reschalcali iterum, atq; iterum coram Nobis,
et Actis præsentibus hanc solennem infert
Manifestationem. Quam manu suâ propriâ
subscripsit. Al Nornicki, Meo, et Nobilis
Chmielewski nne. Quam ejusmodi Mani-
festationem sic ut præmissum factam, et
recognitam, Nos ratam, firmam, ac de Jure
validam habentes, habericq; ab omnibus
volentes, eam ad Acta præsentia Metricæ
Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti po-
stulanti Authentice extradi, permisimus.
In quorum fidem &c Actum et Relatio
ut Supra.

Sub eodem Actu
Quietat Magnificus Malachowski
Supremus Rni Cancellarius Gnõsum
Nornicki.

Augustus Tertius &c Significamus
Quomodo coram Nobis, Actisq; præsen
Metricæ Regni Cancellariæ Nostræ Ma-
joris personaliter comparens Mgnus
Joannes in Konskie et Białozew a Ma-
lachowice Malachowski Supremus Rni
Cancellarius, Ostrolęcen, Grodecen & Ca-
pitaneus, Sanus mente, et corpore exi-
stens, à Foro, Terris, Districtibus, et Ju-
risdictione sua quavis propria, et com-
petenti recedendo, præsenti verò Nostræ
Regiæ

Regiæ Jurisdictioni se cum Bonis Suis gene-
raliter omnibus subjiciendo, et incorporando
sponte, palam, liberè ac per expressum re-
cognovit, præsentibusq recognoscit: Quia Ipse
Suo, et Nõlis Josephi Prygermaijer Palatio-
rum Suorum Murgrabij Generosum Hilarium
Norniclui Thesauri M. D. Lit.ae Notarium
et Nblem Chmielewslui de Causa, et Actio-
ne Judiciaria occasione appensionis Ser-
rarum per eosdq Gm Norniclui, et Nblem
Chmielewslui ejus Famulum ad ædificia
ejusdq Mstia Recognoscentis in Curiola
hic Varsaviæ in Platea Senatorska dicta
existente in Judicijs Mareschalcalibus,
Præsidente Ipsomet Mgnõ Francisco Biè-
linski Supremo Regni Mareschalco
Rohatynen.sq Capitaneo, hic Varsaviæ
sub Præsentia Nostra Sabbatho post Fe-
stum Visitationis B. Vis Mariæ proximo
Annõ præsenti 1761. mota et agitata,
tum de publicatione pœnæ Bannitionis
ac ipsomet toto, et integro Processu in-
Judicijs Mareschalcalibus Rni gesto, et
formato; tum in sessione Turrica, ac pœ-
nis quibusvis, vadijs, et Litis quietat,
absolutoq mittit, totumq, ac integrum
suprarecensitum Processum tollit, cassat
mortificat, et annihilat, nihil sibi Suisq
Successoribus Juris, prætextus, aut cujus-
vis pretensionis ad prænominatos Gm
Hilarium Norniclui Dnum, et Nobilem
Chmielewslui Ejus Famulum reservando,
et excipiendo. Hãc suã personali Recog-
nitione

=gnitione ad præmissa mediante, Quam-
manu suâ propriâ Idem Illus Recogno=
scens subscripsit. Joannes Matachowski
S. R. Canc: mpp. Quam ejusmodi Quietationem
sic ut præmissum Factam et recognitam Ros
ratam, firmam, ac de Jure validam haben=
tes, haberiq; ab omnibus volentes, eam ad
Acta præsentia Metrices Regni Suscipi, ijsdem
inseri, et Parti postulanti Authentice extradi
permisimus. In quorum fidem &c Actum
ut Supra, Relatio ejusdem Illmii Supremi
Regni Cancellarij.

Sub eodem Actu.

Relatio Intromissionis ad Palatium
Mokronovianum Nro Mostowski Pa=
latino Pomeraniæ Collatæ.

Augustus Tertius &c Significamus &c
Quomodò coram Nobis, Actisq; præsentibus
Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris
personaliter comparens Nõbilis Christopho=
rus Piebzykowski Ministerialis Terr: Rni
Pralis in vim suæ veræ, et fidelis Relationis
recognovit. Quòd Ipse ad officiosam Requi=
sitionem Nri Pauli Mostowski Palatini
Pomeraniæ, Capitanei Skarszevien, die he=
diernâ in Actu contentâ, habitis secum
duobus Nobilibus, nempè Gnõsis Francisko
Bukczynski, et Gregorio Poleksza ad Pala=
tium Mokronowskich dictum hìc Varsa=
viæ, in Nova Civitate situm, et jacens con=
descendit, ibidemq; ad dictum Palatium
seu veriùs Sortes, et Residentias certas
illius Decreto Condescensoriali in Fundo
Bonorum

Bonorum Zarnowek Feriâ Quartâ in Cre-
stino Festi S. Bartholomæi Apostoli, Mil-
lesimô Septingentesimô Quadragesimô Quinto
Annô in ordine Potioritatis vigore Decreti
Judicij Tribunalis Regni Petricovien,
inter Creditores Mazovianos prolatô,
Gnôso olim Joanni Zorawski Ensifero Za-
wskrzen in Summa Quinquaginta Mil-
lium Florenorum Polon adjudicatas, Decre-
toq Exdivisionis in memorato Palatio, sub
Actu hic Varsaviæ Feriâ Secundâ post
Festum S. Mathei Apostoli, et Evange-
listæ eodem Annô Millesimô Septin-
gentesimô Quadragesimô Quintô per Offi-
cium Burgrabiale Castren Plocen in fun-
damento memorati Decreti Potioritatis
subsecutô in Actualem Possessionem præ-
fato olim Generoso Joanni Zorawski En-
sifero Zawskrzen datas, et collatas, post
fataq illius, ad Ejus Filios, nempè Gnôos
Paulum, et Franciscum Zorawski Ensiferi-
das Zawskrzen viâ Successionis devolutas
et spectantes, ad præsens verò vigore Contractus
empti, et venditi inter immediate dictum
Gnôsum Paulum Zorawski Suo, et Gnôsi
Francisci Zorawski Fratris Sui germani No-
mine agentem ab una, atq Supra expres-
sum Nstum Palatinum Pomeraniæ
sub Actu in Bonis Ostromęck Die Decimâ
Nonâ Mensis Junij Annô nunc currenti
Millesimô Septingentesimô Sexagesimô
Primô ratione dictarum Sortium, et Re-
sidentiarum, aliarumq rerum in ibidem

expressarum

expressarum initi, et conscripti, ac per ubrasq
partes, coram Actis Castren Covalevien
Palatinatûs Culmen Sabbathô post
Festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ
Annô itidem presenti roborati dein
in fundamento transfusionis Juris per
toties repetitum Gnosum Paulum Zorawski
itidem vue, et Gnosi Francisci Zorawski
Fratris Sui Germani nomine agen, coram
ijsdem Actis Castren Covalevien sub
eodemmet Actu, scilicet Sabbathô post
Festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ
Factæ, et recognita in Personam dicti
Mstici Palatini Pomeraniæ deventas,
ac devolutas observatis omnibus.
Juris solemnitatibus circa ejusmodi
Actis fieri solitis premissisq; omnium
Jus et interesse aliquot ad prænomi-
natas Sortes Palatij se habere praten-
dentium ter, et ultra solitam Juris
Formam quater voce Sonorosâ, et pre-
conica. antè idem Palatium proclama-
tione sæpedictum Mstum Palatinum
Pomeraniæ intromisit, investivit, in ejusq
realem Actualem, et pacificam pos-
sessionem nemine impugniante, neq
contradicente prædallegatas Sortes
dedit, et ritè contulit de quo hæc Suâ
personali Recognitione præsentem fecit
Relationem; Quam Nos ad Acta præsen
Metrices Regni susciipi, ijsdem inseri et
Parti postulanti Authentice extradi per-

misimus

permisimus. In quorum fidem &c Actum
et Relatio ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Sextâ post Festum Divi-
sionis SS. Apostolorum
proximâ Die scilicet Decimâ
Septimâ Mensis Julij Annô
Domini 1761.

Constituit Mûs Potocki Palatinus
Betzen Plenipotentem J. Ciszewski
Augustus III &c Significamus &c Quòd
ad Supplicationem Mgci Antonij Po-
tocki Palatini Betzensis ob adversam
valitudinem Acta Publica adire non-
valentis Gnosûm Ignatium Ludovicum
Nowicki Metrices Majoris Regni Can-
cellariæ Nostræ Præfectum, et Secreta-
rium Nostrum deputassemus, utq; cum
Actis Metrices Regni ad Residentiam
Ejus. hic Varsaviæ sitam in qua manet
condescenderet. Rescripto Nostro sub Die
Decima Quinta Mensis et Anni ad pre-
sens currentium emanato permisissemus.
Is idem Gnûs Deputatus Secretarius
Noster functus Officio Suo, palam, publicè
recognovit. Qualiter Die hodiernâ in Actu
contenta ad Residentiam Suprafati Mgci
Potocki Palatini Betzen. Conventum Sci-
licet R.R. Reformatorum condescendit,
et quomodò coram Eodem Gnô Deputato
Secretario Nro Actisq; præsend Metrices

Regni

Regni Cancellaria Nra. Majoris personaliter
comparens sæpefatus Nobilis Antonius Lo=
tocki Palatinus Betzen corpore quidem
debilis mente tamen sanus existens, a Toro
Terris, Districtibus, et Jurisdictione Sua
quavis propria, et competenti recedendo,
præsenti veiò Nræ. Regiæ Jurisdictioni
se cum Bonis Suis generaliter omnibus
subjiciendo, et incorporando sponte, palam
liberè, ac per expressum recognovit, præ=
sentibusq; recognoscit. Quid Ipse Gnosum
Michaëlem Oszewski in Suum verum
Legitimum, specialem, ac indubitatum Ple=
nipotentem eligit, constituit, facit, et solen=
niter ordinat dans, et concedens Ipsi ple=
nariam facultatem, omnimodamq; pro=
testatem Summam Centum Millium
Florenorum Polonicalium, seu quæ, et
quanta ex Bonis Piwonice Gnosi Antonij
Biernacki Thesaurarij & Siradiens Hære=
ditarijs est deportata, et circa Acta Castren
Calissiensia reperita, per Gnosum verò
Ceslaum Biernacki Vexilliferum Siradien
exoluta levandi, de levata et persoluta
quietandi, eandemq; in Bonis ejusdem
Officia constituentis Hæreditarijs Klu=
czesko dictis inscribendi, omniaq; munia
et officia pro negotij hujus exigentia
veros, speciales, ac indubitatos Pleni=
potentes concernentia obeundi, et exe=
quendi. Offerendo se omnia per Eund
Gnum Plenipotentem juridicè, et legitime
peracta pro rato, et grata suscepturum,

Hæc

Haĉ suâ personali Recognitione admissa mediante in forma aliàs Plenipotentiæ plenissima, et de Jure perfectissima, quam manu suâ propriâ subscripsit. A.M. Potocki P.B.G.L.S. Quam ejusmodi Secretarij Sui Deputati Relationem factam, ut præmissum est Plenipotentiam, Nos ratam firmam, ac de Jure validam habentes, habenq; ab omnibus volentes, eam ad Acta præsen Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus. In quorum fidem &c Actus et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu

Oblata Privilegij super Advocaltiam seu Scultetiam Lanealem in Villa Botelka Wyzna Gnosis Bienkowskim collati.

Augustus III ex Significamus &c Quomodò coram Nobis Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris, personaliter comparens Gnæus Antonius Fiarno Bienkowski Porillator Buscen, et Secretarius Noster, obtulit ad Acticandum, actisq; præsentibus inscribendum Literas Privilegij super Advocatiam in Villa Botelka Wyzna Oeconomiæ Nostræ Samborien sitt, hic Varsaviæ Die hodierna in Actu contenta per Nos benigniter sibi collatas, manu Nostrâ Regiâ subscriptas, et Sigillô Nostrô Cubiculari communitas sanas, salvas et illæsas

et illaesas omnig prorsus suspitionis Nota
carien Tenorib⁹ sequentiu= Augustus Ter=
tius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus
Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Ma=
soviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ,
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolen=
siæ, Severiæ, Czerniechoviæq; Nec
non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et
Princeps Elector. Significamus præsen=
tibus Literis Nostris Quorum interest Uni=
versis, et singulis. Quòd Nos respectum
habentes meritorum Gnosi Antonij Ziarno
Bienkowski Focillatoris Busien, Secretarij
Nostri integra fide, et indefesso studio Sere=
nissimo olim Diva Memoriæ Parenti Nro,
et Nobis ab annis Triginta Quatuor præ=
stitorum Regijs Nostris pensando favori=
bus faciendum esse duximus, ut eidem
Gnoso Antonio Bienkowski; nec non
Lucia de Sadkowskie Consorti ejus Legi=
time Advocatium in Villa Botelka Wyzna
Laneum Unum in se continen in Oco=
nomia Nostra Samborien, tractu, seu
Kraina Lubochoren sitt. et jacen post
Fata Gnosi Nicolai Komarnicki vacan,
et ad dispositionem Nram Regiam de=
volutt daremus, et conferremus, uti qui=
dem defacto damus, et conferimus præ=
sentibus Literis Nostris, ita ut eandem
Advocatiam in præmeminata Villa
Botelka Wyzna in Oomnia Nostra Sam=
borien, et Tractu vulgo Kraina Lubo=
chorem existen cum omnibus prædijs

Legis

agris, pratis, campis, Sylvis, nemoribus
ædificijs Structuris, fluvijs, fluminibus
Molendinis apibus, apisterijs, Mellificijs
Stagnis, piscinis, lacubus, Tabernis, Sub-
ditis eorumq; Laboribus, censibus, datio-
nibus, commodis, et emolumentis, cun-
ctisq; attinentijs, et pertinentijs genera-
liter universis, tum vulgo Obszar vocitt
si quis ad hanc advocatiam seu magis
Laneum spectat, et actu reperitur, vide-
licet ita Latè, longè, circumferentialiterq;,
prout eandem Advocatiam in Villa
Botelka Wyzna consistens prænominati,
ut supra Possessor Gnõsus Nicolaus Ko-
marnicki tenebat, habebat, et possidebat,
ita et Gnõsus Antonius Ziarno Bien-
kowski Equillator Busien, et Secreta-
rius Noster, tumq; Lucia de Sadkõskie
Conjuges Legitimi teneant, habeant, et
possideant usq; ad extrema vitæ Suæ
tempora. Promittimus autem p Nobis
et Sermis Successoribus Nostris non
esse Nos, neq; Sermos Successores Nros
Eosdem Gnõsos Bienkowskie Conjuges
absque et pacifica possessione prædicte
advocatiæ in Villa Botelka Wyznasuis
et jdem amoturos, vel alienaturos,
neq; amovendi, aut alienandi pote-
statem cupiam daturos, sed Salvam
et integrum Jus advitalitiale eisdem
conservaturos, quod et Sermi Successores
Nostri

Nostri præstabunt. Ratione cujus advitalitatis onera quævis, tam publica, quam dœconomica Nostra Samborien pendi solita, sufferre et portare tenebuntur Juribus Nostris Regalibus Reipłca Eccłesiæq Sæ Romano Catholicæ salvis manen. In quorum fidem præsen Manu Nostra subscriptas, Sigillo Nostro communiri jussimus. Datum Varsaviæ Die XVII. Mensis Julij. Anno Domini MDCCLXI. Regni vero Nostri XXVIII Anno. Augustus Rex. Locus Sigilli cubicularis. X. Gabryel Jan Junosza Podoski Ref: Kor: Vicepręs Kommissyi Skarbowey Jo: Mci my Advocatia in Villa Botelka Wyena, dœconomia Nostra Samborien, Tractu seu Krayna Lubochoren sitt et jacens unum Laneum in se continens post Fata Gnĕzi Nicolai Komarnicki Gnĕzo Antonio Ziarno Bienkowski Podillatori Busc. Secretario Nro, nec non Lucię de Sadkowskie Consorti ejus legitime confertur. Quas ejusmodi Literas Privilegij, sic ut præmissum Oblatæ, pro ad Acta præsentia Metrices Regni susscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi, Originale vero Eidem Gnĕzo offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellariam Nram quietavit, quietatq; præsen, et manuppria sese subscripsit. Antonius Ziarno-Bienkowski Podil: Busc. Sr Rda Mis Smp In quorum fidem Actum, et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu
Oblata Rescripti Deputationis

Augustus

Augustus Tertius &c Significamus &c Obla-
tas esse ad Acta praesen Metrices Regni
Cancellariæ Nostræ Majoris Literas Re-
scripti infrascriptas ad Mandatum Num
proprium manu Mfici Joannis Matachoffki
Supremi Regni Cancellarij propriâ Sub-
scriptas, et Sigillo Majoris Cancellariæ
Regni communitas, sanas, salvas, et
illæsas, omniq; prorsus suspitione nota
carentes, tenoris sequentis= Augustus
Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ Magnus
Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Ma-
soviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ,
Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ,
Severiæ, Czerniechoviæq; Necnon Hæ-
reditarius Dux Saxoniæ, et Princeps
Elector. Gnis Ignatio Ludovico No-
vicki Metrices Majoris, tum Joanni
Nepomuceno Stomińskí Minoris Can-
cellariæ Regni Prefectis, Secretarijs Mris
fideliter Nobis Dilectis, Gratiam Vestram
Regiam, Gnõsi fideliter Nobis Dilecti.
Expositum Nobis est nomine et pro parte
Mfici Antonij Potocki Palatini Belzen,
Qualiter ille ob debilem Corporis valitu-
dinem Acta Publica propter recognoscen-
dam Plenipotentiam adire non valeat.
ea propter supplicatum Nobis est, qua-
tenus Fidelitatibus Vestris condescen-
deret cum Actis Metrices Regni ad
Residentiam Ejus hic Varsaviæ sitam,
in qua prædictus Mfcus Palatinus
Belzen manet prosuscipienda ab Ipso
Plenipotentia

Plenipotentia facultatem daremus, et con=
cederemus, cui Supplicationi tanquam
juste benigne annuentes, inhærendoq;
Legibus Regni Fidelitatibus, seu veriùs
ani Fidelitatum Vrãrum cum prælibatis
Actis ad Residentiam supradicti Mfici
Palatini Belzen condescendendi, Pleni=
potentiamq; per Eum recognoscendam
ad hæc Acta Metrices Regni suscipiendi
facultatem damus, et concedimus. In
quorum fidem præsen Sigillum Regni
est appressum. Datum in Cancellaria
Regni Varsaviæ Die XV. Mensis Julij An=
nõ Dñi MDCCLXI. Regni verò Nostri
XXVIII. Annõ. Ad Mandatum Sæ Rãe Mtis
proprium. Joannes Matuchowski Supr.
R. Cancellarius mp Locus Sigilli Ma=
joris Cancellariæ Rñi. Antonius Ra=
kowski Pocillator Ter Vrnen Sigilli
Majestatis Rñi Secretarius mp. Rescriptum
ad Gnõsos Metrices Rñi Præfectos, ut con=
descendat Unus Illorum cum actis ad
Mfum Podolii Palatinum Belzen,
in Residentia sua hic Varsaviæ sita
decumbentem. Quas ejusmodi Literas
Rescripti sic ut præmissum oblatas
Nos ad Acta præsen Metrices Regni
suscipi, ijsdem inseri, et Parti postu=
lanti Authenticè extradi permisimus
In Quorum fidem &c Actum, et Relatio
ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ
Secunda post Festum
S. Petri in Vinculis primâ
Die

Die scilicet Tertiâ Mensis
Augusti Annō Dñi 1761.

Roborant Contractum Resignationis
Mfiã Lasocka Castellana Lancicien
et Nōles Wrzesińskie Conjuges.

Augustus Tertius &c Significamus &
Quomodò coram Nobis Actisq; presen
Metrices Regni Cancellariæ Mæ Majoris
personaliter comparentes Mfcã Anna
de Grabowskie Lasocka Castellana
Lancicien, olim Mfii Josephi Lasotki
Castellani Lancicien Conserv relicta
Vidua in assistentia Gnōsi Casimiri
Karas Pincerna Terræ Liven, suo et
Gnōsi Antonij Lasotki Capitanei Jo-
stinensis Filij Sui nomine &c pro cujus
ratihabitione in forma solennissima
pacem cavet &c/ agens exuna, et Noles
Josephus Wrzesinskie Secretarius Noster
et Mariannia Conjuges partibus ex
altera, sani mentibus et corporibus
existentes, recedendo à Foro, Terris, Di-
strictibus, et Jurisdictionibus Suis Qui-
busvis propriis et competen, presentiveò
Nostræ Regiæ Jurisdictioni secum Bonis
suis subjiciendo, et incorporando &c ponte,
palam, libere, ac per expressum reco-
gnoverunt, presentibusq; recognoscunt
Quia Ipsi Contrahentes certam ratione
resignationis cujusdam fundi in hoc
Contractu expressi curiolæ hicè Varsaviæ
in Platea

in Platea Franciszkaniska dicta sita, et jacen
Eorund Stfica Castellana Lancicien, et Juri
Capitanei Gostinen Hæreditaria contigui
hic Varsavia Die Trigesimâ Prima Mensis
immediatè praeterlapsi Julij, Annô ad pra-
sens curren Millesimô Septingentesimô
Sexagesimo Primo confectam manibus ab
utrinq Suorum Recognoscen subscriptam,
Vadio Ducentorum Aureorum Hungarica-
lium justi ponderis firmatum in omni-
bus ejusdem punctis, clausulis, articulis
nexibus et ligamentis, approbant, robo-
rant, confirmant, et ratificant, eidemq Con-
tractui tam in toto, quam in qualibet
minima parte satisfacere se suis cum
Successoribus submittunt, praesentibus
declarant, idq sub vadio supra expresso
Ducentorum Aureorum Hungaricalium
justi ponderis, pro quo Pars contra-
veniens, vel in aliquo puncto eundem
Contractum non tenens, coram Officio
seu Judicio hic Varsavia ex fundo pra-
recensito competenti citata existens
ex instantia Alterius partis eundem
Contractum in toto tenentis complentis
et exequentis tenebitur suis cum Suc-
cessoribus, semper in primo Juris
Citationisq Termino peremptorie stare,
Juri parere, et respondere, comparendoq
Vadium succubitum solvere, quô So-
luto nihilominus Contractui praefato
ad praesens roborato, in toto satisfacere,

omneq

B

omneq judicatum Judicij seu Officij ex fundo competenti pati, semotis omnibus dilatio-nibus, defensionibus, exceptionibus, protesta-tionibus, evasionibus, motionibus, et ap-pellationibus, earumq modo quovis, seu per adeitationes quasvis prosecutionibus. His suis personalibus Recognitionibus ad premissa mediantibus: in forma aliàs Ro-borationis Contractus plenissima, et de Jure perfectissima, quam manibus Suis Jtd Mfca et Nbles supradati Recognoscentes propriis subscripserunt. Anna Lasocka Kasztelanowa Leczycka Suwim, y Syna Mego Jmieniem Antoniego Lasockiego Starosty Gostynskiego. Casimirus Ca-ras Dine: Ter: Livz uti assistens mp Jac-obus Wrzesinski S.R.M. Imp Maryanna Wrzesinska. Quam ejusmodi Roborationem sic ut premissum factam, et recognitam nos ratam, firmam, ac de Jure validam habentes, haberiq ab omnibus volentes, eam ad Acta praesentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et Parti postulanti authentice extradi permisimus; Et in conti-nenti oblatum esse ad Acta praesentia Me-trices Rnu Cancellariae Nostra Majors Con-tractum superius roboratum, hic Varsaviae Die Trigesima Prima, Mensis Julij Anno ad praesens curren. 1761. polonico idiomate confectum, manibus superius expressorum Recognoscentium subscriptum, sanum, salvum, et illaesum, omniq prorsus su-spitionis Nota carens, Tenoris sequentis

Mię dzy

Zalusski Episcopus Dresdensis Suffraganeus Plocen-
sis, sanus mente et corpore existens, à Foro, Terris,
Districtibus, et Jurisdictione sua quavis propria et
competenti recedendo, præsenti verò Jurisdictioni se
cum Bonis Suis generaliter omnibus subjiciendo
et incorporando, sponte, palam, liberè, ac per ex-
pressum recognovit, præsentibusq; Recognoscit. Quia
Ipse Venerabilem Stanislaum Lothanski Scholast.
cum Plocensem, et Generosum Joannem Kostkowski
Castellanum Zakrocimensem, in Suos, vero, Legi-
timos, ac indubitatos Plenipotentes, eligit, constituit,
et solenniter ordinat, dans et concedens ejsdem ac
Cuilibet Illorum Separatim facultatem, potestatemq;
Summas quascunq; et a quibuscunq; Personis, sibi pro-
venientes levandi, de levatis, quietandi, Contractus
cum Tenutarijs Bonorum ineundi, Bonaq; ad se
spectantia, arendandi, illisq; disponendi. Composito-
nes cum quibuscunq; Personis in Occurrentibus nego-
tijs, Nomine Suo peragendi Cessiones et Quietationes
Nomine Sui recognoscendi, sive etiam Jure in quovis
Officio et Judicio agendi, Decreta obtinendi, Executio-
nesq; urgendi, alios Plenipotentes Unum aut plures
cum Simili vel limitata facultate substituendi, aliaq;
Munia Speciales Plenipotentes concernentia tracta-
di, et peragendi, Offerendo se ea omnia, quæ per præ-
dictos Plenipotentes ritè ac legitimè gerentur,
pro rato et grato, acceptaturum. Quam Ple-
nipotentiam usq; ad reditum Suum in hoc Regnum

Poloniæ

Poloniæ duraturam, roburq; ac valorem suum habitu-
ram vult, et declarat. Quam Manu propria subscri-
psit. Martinus Zaluski Suffraganeus Plocensis mpp.
Quam quidem Plenipotentiam sic ut premissum
Factam, et recognitam, Nos Eam ratam, firmam,
ac de Jure validam, habentes, haberiq; ab omnibus
volentes, Eam ad Acta presentia Metrices Regni
susçipi ijdem inseri, et Parti postulanti in forma au-
thentica extradi permisimus. In Quorum fidem ijc.
Actum et Relatio ut supra.

Sub eodem Actu

Offert Reverendus in Xsto Pater Martinus
Zaluski Suffraganeus Plocensis Inscriptionem
Summa per Se factam.

Augustus III ijc. Significamus ijc. Quomodo coram Actis
presentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majo-
ris comparens personaliter Reverendus in Xsto Pater
Martinus Zaluski Episcopus Dresdensis Suffraganeus
Plocensis obtulit ad Acticandum, Actisq; presentibus inseri-
bendum Inscriptionem coram Actis Castrensibus Ca-
putanealibus Varsavienſibus Feriâ Quintâ post Do-
minicam Misericordiæ proximâ Annô Domini 1761
Summa Duorum Millium Florenor Polonicalium
in Suffragium animæ Perenoæ olim Mariæ Marchio-
nissæ Capponi ac aliorum Ejusdem Familiæ per
se factam, sanam, salvam, et illæsam omnig su-
spitionis notâ carere Tenoris Sequentis=. Actum in
Curia Regia Varsaviensi Feriâ Quintâ post Domi-
nicam Misericordiæ proximâ, Annô Domini Millesimô,
Septingentesimô, Sexagesimô, Primo. Coram officio
et Actis presentibus Castrens Capitaneatibus Var-
saviensibus personaliter comparens. Illustrissimus
et Reverendissimus

et Reverendissimus Martinus Comes in Zahusti Za:
husti Episcopus Dresdensis Suffraganeus Plocensis
Abbas Sulejoviens Bonorum Borowie cum attinen:
tijs in Palatinatu Masovie Terra Cernene consisten:
tium Haresi sanus mente, corporeq` existens Jurisdictio:
ne Suâ quavis propriâ omissa et presenti Incorpora:
tione factâ, palam ac libere recognovit. Quia Ipse
Religioso in Xsto Patri Simoni Paszkiewicz Socie:
tatis Jesu Fundationis Missionis in Bonis Hopyłka
sitt Superiori Ipsiusq; Succedaneis nunc et pro tem:
pore existentibus jam exnunc et defacto Summam
Duorum Millium Florenorum Polonicalium cur:
rentis in Regno Monetæ pro Anima olim Illustris
Magnificæ Mariæ Marchionissæ Capponi, ac alio:
rum ex Ejusdem Familia Ecclesiæ in Bonis Hopyłka
sitt super Bonis Borowie cum attineptijs in Palati:
natu Masovid. Terra Cernensi consistentibus modò
Reemptitio, alias na Wyderkauf et non alio nisi Reem:
ptitio modo inscribi, obligat et assecurat, à qua qui:
dem Summa Duorum Millium, Florenorum Poloni:
calium Censum Annum per Quinque Florenos
Polonicales, à quolibet Centum pendendum, non ob:
stantibus, quibusvis temporum Calamitatibus et
præjudicatis, Una Ratha pro Festo Nativitatis S.
Joannis Baptistæ, in Annô Deo Dante venturo,
Incidenti Millesimô, Septingentesimô, Sexagesimô,
Secundô et perconsequens sequentibus Annis se
Suis cum Successoribus Sanguinis Soluturum inscri:
bit, et ad Manualem vel Authenticam Quietatio:
nem Suprascripti Religiosi in Xsto Patris Simonis
Paszkiewicz Societatis JESU. Fundationis Missionis
Superioris sive Ejus Succedanei obligat. In qua
quidem Bona Borowie cum attinentijs Summa
recensita Reemptionali et Censu Annuô, quolibet
Annô, ab Eadem provenienti onerata. Introm̃issionem
per Ministerialem

per Ministerialem Regni Generalem quemvis et Nobiles Duos quosvis fidelius pro tempore conducendos liberè dat, et defacto admittit paeem cum tuitione, ac Evictione generali caveti Idq; sub Vadio Summæ supra scriptæ Originalis et Censu Annuo correspondendi in Casu Contraventionis Fonum Judicij Terrestris seu Officij Castrensis Cernensis sibi, Suisq; Successoribus Sanguinis ad respondendum assignando. Hac Sua personali Recognitione ad præmissa mediante, Locus Sigilli Castrensis Varsaviensis Legi Stokowski. Quam Ejusmodi Inscriptionem sic ut præmissum oblatam. Nos Eam ad Acta præsentia Metrices Regni suscipi, ijsdem inseri, et parti postulanti in forma authentica extradi. Extractum vero Authenticum rursus restitui permisimus, de quo recepto Idem Reverendus in Xto Pater Offerens Cancellariam Nostram quietavit, et Manu propriâ se subscripsit. Martinus Zaluski Suffraganeus Plocensis mpp. In Quorum fidem ilc Actum et Relatio ut Supra.

Sub Eodem Actu.

Oblata Decreti Commissionis Pranitialis inter Bona Terrestria Dembe et Buzisko cum Oppido Latowicz et Bonis Regalibus.

Augustus Tertius ilc. Significamus ilc. Quomodo coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostræ Majoris personaliter comparens Generosus Cajetanus Plochocki Aulicus Magnifici Francisci Bielinski Supremi Regni Marschalci obtulit

obtulit ad Acticandum, Actisq praesentibus inscribendum Actum Commissorialem Granicialem in Fundo controverso inter Bona Villae Dembe, et Budisko cum attinentijs Generosi Stanislai Bielinski Capitanei Jarvolinensis Hereditaria ab Una, et Oppidum Latowicz, atq Villas Chizyny, Wielkolas Radzienskie et Jaliny ad Capitaneatum Latowicense spectantes Jurisdictionis Magnifici Principis Casimiri Palatini et Generalis Terrarum Russiae, Capitanei Latowicensis subjecti parte ab Altera Feriâ Secundâ post Dominicam Cantate proximâ Die scilicet Secundâ Mensis Maij Annô nunc Currenti Millesimô, Septingentesimô, Sexagesimô, Tertiô, expeditum, Manibus Generosorum Commissariorum proprijs subscriptum et Sigillis Gentilitijs in Cera Rubra Hispanica expressis communitum, sanum, salvum, et illaesum omnibus prorsus suspitionis notâ carentem Tenoris Sequentis=. Actum in loco ubi Fluvius Jalina in pariete transversali Villae Polelaki in Fluvium antiquum Swider actu decurrentem influit, tanquam in Terminо, à quo sine ulla Partium controversia existenti, Feriâ Secundâ post Dominicam Cantate proximâ Die videlicet Secundâ Mensis Maij Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Sexagesimô, Tertiô. In praesentia Magnificorum Generosorum ac Nobilium Jacobi Klembotski Tribuni Lucoviensis Alberti Damienski, Vexilliferi Zytomiriensis, Francisci Zaleski Venatoris Kijovie, Valentini Drużdzieuski Vice Palatini Rozanensis, Bazylij Kleyman, Thomae Studinski, Ludovici Dąbrowski Pauli Białobrzyski, Petri Dybowski, Antonij Muchowicz, Stanislai Wysocinski, Valentinis Szymkowski, et aliorum, nec non Ministerialis Regni Generalis Provìdi Alexandri Bienko de Oppido Laryssow

Oppido Laryssow authentici et Jurati Actum præ-
sentem acclamatis. Coram Illustri et Magnificis Michae-
le in Sufczyn Sufczynski Castellano Cernensi, Francisco
in Nakwasin Nakwaski Succamerario Terræ Visograden-
sis, Sigismundo in Ostrołęka Staniszewski Varsaviensi
Fabriele in Lesiew Lesiewski Rawensi Terrestribus
Judicibus Balthasaro Jasinski Terrestri et Castrensi
Cernensi Notario, Adamo Moduielewski Camerario
Praticiali Terræ Cernensis Sacræ Regiæ Majestatis
Commissarijs. Judicium Commissoriale Sacræ Regiæ
Majestatis si Decreti Post Curialis Sacræ Regiæ Maje-
statis inter Magnificum Franciscum Comitem Bielin-
ski Supremum Marschalcum Regni Bonorum villa-
rum Dembe et Budriska anteactum, tum Gene-
ros Stanislaum Filiastrum Bielinski Capitaneum
Parvolinensem Bonorum Eorundem Præsentaneum
Hæredem nec non Joannem Keyman Supradictorum
Bonorum Generalem Commissarium et Franciscum
Dybowski Bonorum Dembe et Budriska Admini-
stratorem, Magnificum Augustum Principem Car-
tonyiski Palatinum et Generalem Terrarum Russiæ
Capitaneum Latovicensem, tum Generos Antonium
Jorski Venatorem Ciechanoviens, quà Ejusdem Ma-
gnifici Principis Cartonyiski Bonorum Generalem
Commissarium, Casimirum Staniszewski Capitanei Lat
Latovicens Œconomum, et Stanislaum Zalneuski
Ejusdem Capitaneatus Administratorem tum Labo-
riosos Jesionek, Piwowarczyk, Christ Federczak totaq;
Communitates Villarum Ejusdem Capitaneatus La-
tovicensis, videlicet Chiżny, Wilkolas, Radzienskie
et Jaliny, Spectabiles et Famatos Proconsulem Con-
sules, Totumq; Magistratum et Communitatem Oppi-
di Latowicz Varsaviæ Feriâ Secundâ in Crastino
Festi Decollationis Sancti Joannis Baptistæ Di-
licet Trigesima Mensis Augusti Annô Domini
Millesimô

Millesimô, Septingentesimô, Sexagesimô, Secundô ex serijs Partium Controversijs prolati, quô mediante Decreto Hæredum Bonorum Dembe, ductu ab Angularitate Bonorum eorundem Dembe ex una parte Fluvij Swider, ex altera Villæ Kiżyny Regalis tum Poletaki Villæ Terrestris Collateralis post Fluvium Jalina in Swider influentem locatæ contiguorum inhoatoi et tum per Hæredem Bonorum Terrestrium, quam Communitatem Chyżinensem, Eadem Angularitate agnita, et dicto Fluvio Swider contra aquæ decursum ad ortum Solis, usq ad sinuositatem ejusmodi Fluvij Swider, sub antiquo Molendino Latowicensi continuato, nonnisi ad parietem Wielkolascensem cum Pratis et Fundis Latowicensibus cõeuntem approbato, et quibusvis Sinuositatibus Pratorum tum Prato Plesłocha dicto post Fluvium Swider versus Villam Dembe et Campos Ejus sitis Bonis Ejsdem Dembe adjudicatis. Post parietem vero Wielgolascensem cum Latowicz à littore Fluvij Swider Moderamine Judicij Commissorialis anteacti rectilinij per Prata et Campos, usq ad Scopulum inter Fundos Latowicenses, et Dembenses à Dextra manu in tramite alias Ujazd ad meridiem dictos Fundos Latowicenses, et Dembenses distinguentem proventum prope viam stratam à Latowicz ad Parissow tendentem situm, et per Decretum anteriùs Commissoriale resaratum, ac per Partes utrasq tam videlicet oppidanos Latowicenses quam Hæredes Dembe, etiam Judicium anteactum Commissoriale pro Scopulo actuali agnitum adhibito Constituti reformato, ab Eodem vero Scopulo Ductu premisso Bonorum Dembe Ujazdem, usq ad Fisinam Dembską dictam ad Fluvium Jalina cum oppido Latowicz continuato, post Fluvium quoq Jalina cum villis Radzińskie

cum villis Radunskie et Jaliny Capitaneatus Lato:
vicen.sis abducto, usq; ad parietem Villa Terrestris
Sozd, et adhibito inter Partes Fundorum Controver:
sorum Judicij anteacti Commissorialis Moderamine
determinato approbato, et Fluvio Swider inter
Bona predicta à Latowicz Currenti pro actuali
et perpetua inter Bona Dembe Terrestria Wielko:
las, et Chyziny Regalia, tum Ipsummet Oppidum
Latowicz, granicie agnito, alijsq; Cathegorijs Decre:
to postcuriali Contentis resolutis, et finaliter Dei:
sis, Judicio presenti Commissoriali nonnullorum ex
Magnificis Commissarijs absentiâ nonobstante, dum:
modo Quinque adsint, quatenus inter Bona prelimi:
sa tam Terrestria et Budziska, quam Regalia
Chyziny, Wielkolas, Radunskie, et Jaliny Capitanea:
tus Latovicensis, et Ipsummet Oppidum Latowicz
Scopulos Graniciales in Locis siccis impositis, si:
gnis usitatis de novo erigat, et in anteriori Com:
missionis Termino reseratum Scopulum, suprades:
scriptum renovet, Angularitatem et acialitatem
Villarum Concurrentium, secundum necessitatem
erigendorum Scopulorum constituat, in alijs verò
locis humidis, ad eriendos Scopulos non valentibus,
palis et alijs Signis Granitialibus à Termino
à quo ad Terminum, ad Quem dislimitet, Prata
autem inter Oppidum Latowicz ad Villam Dembe
ex hac Parte Fluvij Swider ad meridiem sita con:
troversa, ex moderamine reformato inter Bona Dem:
be Terrestria et Oppidum Latowicz Regales:
salis tamen Pratulis Zabrzegi dictis per Subditos
Dembenses usq; ad situm sive concavitatem Lo:
zysko, videlicet pratensi Fluvij Swider per Oppidanos
Latovicenses taliter nuncupatam contalcastrari solitis
et ulli controversiæ non obnaxijs, manentibus et reser:
vatis: inter Bona Dembe Terrestria, et Oppidum Lato:
wicz per medium

per medium eodiendat. Cathegoriam facti et Causarum
ex Inquisitionibus, in anteriori Commissionis Termino
eductis, finaliter pro æquo et justo disjudicet, plenas
super quo intererit pro qualitate facti et demeriti
decernat. Decretumq; Postcuriale Sacræ Regiæ Majes:
statis/: ex quo præsens pergitur Actus:/ præcisa quavis Appellatione, et non obstantibus quibuscunq; Manifestationibus sive Mandatis, et aliis quibuscunq; oppositionibus, etiam Contumatia Cujuscunq; Partis non attenta in toto exequatur, et ad effectum deducat, injunctum et præcommissum. et Decreto Eodem Postcuriali præmissa fusius in se obloquente. Tum Literarum Innotescentialium, ex parte Illustrium Magnificorum Dielinskich Patrui et Capitanei Parvolinensis Filiaski Bonorum Dembe et Budziska præsentanei Hæredis, et aliorum contra Illustrem Magnificum Principem Augustum Czartoryski Palatinum, et Generalem Terrarum Russiæ Capitaneum Latovicensem, atq; Generosum Antonium Porski Venatorem Terræ Piecharoviensis qua Ejusdem Illustris Magnifici Principis Czartoryski Bonorum Generalem Commissarium Staniszewski Latovicensis Capitaneatus Œconomum, et Stanislaum Zakrzewski Ejusdem Capitaneatus Administratorem et alios nec non Spectabiles et Famatos Proconsulem, Consules, totumq; Magistratum et Communitatem Oppidi Latowicz atq; Laboriosos Jesionek, Siwowarczyk, Chrust Tertiarczak Subditos, totasq; Communitates Villarum Ejusdem Capitaneatus Latovicensis, videlicet Chyziny Wielkolas, Radzinskie, et Jaliny, atq; Generosum Franciscum Zaleski Villæ Juris Terrestris Bonis Hæreditariis Villarum Dembe, et Budziska Collateraliter adjacentis Assessorem, atq; Subditos Ejusdem Villæ Rzd. distinctim ad Bona, et quidem contra Celsissimum Ducem Czartoryskii, et alios ut supra exaratos ad Bona Wielgolas, Chyziny, Oppidum Latowicz, Radzinskie

et Jaliny jure

et Jaliny jam autem contra Generosum Zaleski et alios ad Bona Villæ Dod exportatarum. et coram Actis Castrensibus Pernensibus, uno eodemq; Anno presenti Millesimô, Septingentesimô, Sexagesimô, Tertiô per Ministerialem Regni Generalem, Providum Simonem Zielinski Authenticum, et Juratum recognitarum, ad Bona Suprascripta Dembe seu locum actu expressum Die Actu contenta condescendit Jurisdictionem Suam Commissorialem prævia Partium obdestinatione fundavit, et Partes Ministeriali supraexpresso ad comparendum acclamare mandavit. Tandem vergente ad occasum Sole, Actum presentem etiam cum inscribenda per Partes Comparitione ob imminentem in Die Crastino Festivitatem Inventionis Sanctæ Crucis, ad Feriam Quartam proximam Eidem Ministeriali reclamare injunxit. In Termino itaq; hodierno, ex reclamatione Actus presentis Commissorialis, videlicet Feria Quarta in Crastino Festi Inventionis Sanctæ Crucis, Die scilicet Quartâ Mensis Maij, Annô Millesimô Septingentesimô, Sexagesimô, Tertiô invidenti reassumpta sua Jurisdictione Commissoriali, Partes secum agentes, et Collaterales iterum ad comparendum acclamare mandavit; Quo in termino Partibus videlicet Illustrissimo Magnifico Domino Francisco Comite Bielinski, Supremo Mareschalco Regni Patruo Bonorum Villarum Dembe, et Budziska Terrestrium anteacto, per Generosum Michaëlem Mrozowski, Notarium Judicìorum Referend. Regni inscriptum Plenipotentem, Illustri, Magnifico Stanislao eidem Comite Bielinski Capitaneo Parvolinens. Filiastro Bonorum Eorundem præsentaneo Adrede personaliter. Generosi Joanne Leyman supradictorum Bonorum, et aliorum Generali Commissario, Francisco Dybowski Bonorum Dembe, et Budziska Administratore, personaliter ex Una, atq; Celsissimo Augusto Alexandro in Zułkow

et Klewan

et Zlewan Czartoryiski Palatino et Generali Terarum Russiæ Capitaneo Latovicensi per Magnificum Dorothi Venatorem Terræ Siechanoviensi, quà Ejusdem Illustrissimi Principis Czartoryiski Bonorum Generali Commissario, tum Generosis Casimiro Stanisławowski Capitaneatus Latovicensis antëacto, et Augusto Kozierowicz præsentaneo Ejusdem Capitaneatus Œconomis personaliter, atq' Laboriosis Jasionek, Liwowarczyk, Chrust, Telerczak, totiusq; Communitatibus Villarum Capitaneatûs Latovicensis, videlicet Chyziny, Wielgolas, Radzienskie, et Jaliny per Laboriosos Adamum Dejus Chizinensem, Adamum Cyjan Wielgolescensem, Calka Radzinscensem Advocatos Villanos Suos, et totarum Communitatum Nomine personaliter una cum Generoso Zakrzewski Administratore, Spectabilibus et Famatis Proconsule, Consulibus Totoq; Magistratu et Communitate Oppidi Latowicz per Spectabilem Casimirum Bojanek Proconsulem, et Andream Rosinski Notarium Ejusdem Oppidi Latowicz Suô, ac totius Communitatis Latovicensis oppidanæ Nomine personaliter Parte ex altera comparentibus. Judicium Prolsens Commissoriale Sacræ Regiæ Majestatis Sufficienti Partium Principalium Comparitione adinventa se ad executionem Decreti Judiciorum Assessorialium Sacræ Regiæ Majestatis superius connotati contulit, atq; vigore ejusdem Decreti ad Dislimitationem Bonorum Dembe et Budzistka Terrestrium, à Bonis Villarum Chyziny, Wielgolas, tum oppidi Latowicz et Villarum Radzinskie et Jaliny Capitaneatus Latovicensis accessit, Incipiendo itaq; in suprascripto Termino à Loco videlicet in loco, ubi Fluvius Jalina in Fluvium Swider antiquum circa Parietem Villæ Terrestris Collateralis Polelski influit, in prima Angularitate prædictæ Villæ Polelski Collateralis supra Fluvium Jalina cum Fluvio antiquo Swider

concurrente.

concurrente tres Palos Quercinos in loco humido ad pla-
gam Medionalem infixit, et in medio Eorum Scorias
ferri, tum Scorias vitri vulgo ruzle zelazne y szklane
atq lagenulam rotundam cum mileo collocavit, et Sco-
pulum de Terra intra Eosdem tres Palos eraxit. In
altera vero Angularitate Hæreditatis Villæ Dembe
in distantia Ulnarum Geometricarum Quadraginta
Quinque intra Fluvium Jalina et antiquum Fluvium
Swider in concurrentia Eorundem Fluviorum itidem
tres Palos Quercineos infixit, et in medio Eorum
lapidem grandem cum excavata in Eo Inscriptione
tali: Granica Dembe constituit. In tertia tandem
Angularitate Villæ Capitancalis Chyziny trans Flu-
vium prædictum antiquum Swider, Similiter tres Pa-
los Quercinos in distantia ab Angularitate Dem-
bensi etiam Quadraginta Quinque Ulnarum, idq
propter locum nimiò paludinosum infixit, et simili-
ter in medio harum Trium Palorum Lapidem
grandem cum excavata in eo Inscriptione, ejusmo-
di= Granica Chyzinska statuit. His itaq Angula-
ritatibus constitutis, ulterius Ipso Fluvio antiquo
Swider, antiquitus et nunc decurrente, Sursum
aquam procedendo in distantia Ulnarum Geometrica-
rum Nonaginta, Primum Palum Quercineum in
Littore Fluvij Swider ex hac Parte Hæreditatis
Dembinensis infixit, à quo Palo procedendo in
distantia Centum Viginti Ulnarum Geometricarum
Secundum Palum Quercineum in altero littore
Fluvij Swider in parte Villæ Regalis Chyziny sta-
tuit. Ulterius ab hoc Palo Chyzinensi Tertium Palum
Quercineum in distantia Ulnarum Geometricarum
Centum Octuaginta in hac parte Hæreditatis Dem-
bensis in Littore Fluvij Swider antiquitus et ad-
præsens decurrentis constituij à quo Tertio Palo
procedendo in distantia Centum Viginti Ulnarum
Geometricarum Quartum Palum ex altera parte

antiqui mèatus

antiqui meatus Fluvij Suider, videlicet in parte Chyrinen-
si infixit, et Partibus utrisq mutua earundem opera eun-
dem antiqum meatum Fluvij Suider renovare permisit,
quinimo etiam mandavit, et eam propter de Consensu
Hæreditatis Dembe Sinuositatem, alias Zaltret istius
loci Villæ Regali adjecit, à quo loco progrediendo in
distantia Nonaginta duarum Ulnarum Geometricarum,
Quintum Palum, etiam Quercineum in Littore Fluvij
Franicialis Suider ex hac parte Hæreditatis Demben-
sis collocavit, ulterius in distantia Ducentarum Vi-
ginti Quinque Ulnarum Geometricarum. Sextum
Palum Alneaticum in Margine Fluvij Franicialis
Suider ex parte Chyrinensi statuit. Septimum Pa-
lum itidem alneaticum in distantia ducentorum Qua-
draginta Ulnarum Geometricarum in Littore Fluvij
Franicialis Suider ex hac parte Hæreditatis Dembe
constituit et Sinuositatem vulgo Zaltret sive Zato-
lla inter Sextum et Septimum Palos infixos situa-
tam, ad Hæreditatem Dembe, ad mentem Decreti
Post Curialis Sacræ Regiæ Majestatis spectare decla-
ravit, a quo Septimo Palo procedendo in distantia du-
centorum Quadraginta Ulnarum Geometricarum Pa-
lum etiam quoq Alneaticum Octavum in littore Flu-
vij Suider ex parte Villæ Chyriny infixit, et sinuo-
sitatem intra Septimum, et hunce Octavum Palos
existentem, alias Zaltret sive Zatoka Hæreditati Dem-
bensi propriam indigitavit. A quo loco in distantia
trecentarum Ulnarum Geometricarum Palum No-
num Alneaticum in Littore Fluvij Franicialis Svi-
der ex hac parte Hæreditatis Dembe collocavit.
Decimum Palum itidem Alneaticum in distantia
Centum Quadraginta Duarum Ulnarum Geome-
tricarum in Margine Fluvij Franicialis Suider
ex parte Villæ Chyriny statuit. Undecimum simili-
ter Alneaticum Palum in distantia Trecentarum
Sexaginta Ulnarum Geometricarum in margine

Fluvij Franicialis

Fluvij Franicialis Suider ex hac parte Hæreditatis Dembe constituit. Duodecimum Lalum in distantia Trecentarum Sexaginta Ulnarum Geometricarum in Littore Fluvij Franicialis Suider ex parte Villæ Chyriny infixit. Decimumtertium Lalum itidem Alneaticum in distantia Trecentarum Ulnarum Geometricarum ex hac parte Hæreditatis Dembe in Littore Fluvij Franicialis Suider circa Fossam inundatam Pratum Plesklocha ambientem collocavit. Decimum Quartum Lalum Alneaticum in Littore Fluvij Franicialis Suider in medio circiter prædicti Prati Plesklocha alias in distantia Ducentarum Quinquaginta Duarum Ulnarum Geometricarum in parte Hæreditatis Dembensis statuit. Jam ver Decimum Quintum Lalum Quercineum ex altera parte Fluvij Suider Villæ Regalis Chyrinensis ex opposito directe Decimiquarti Dembensis infixit. Decimum Sextum Lalum Quercineum in determinio prefati Prati Plesklocha in Littore Fluvij Franicialis Suider in distantia Trecentarum Triginta Ulnarum Geometricarum circa prædictam Fossam Ingyrum antiquitus dictam idem Pratum Plesklocha ambientem, nunc verò aquis diffusis exundatam, ex hac Parte Hæreditatis Dembe infixit. Jam verò transfluvium Suider Decimum Septimum Lalum Alneaticum ex opposito Decimi Sexti Lali in parte Villæ Chyriny collocavit. Decimum Octavum Lalum in distantia Ducentarum Viginti Octo Ulnarum Geometricarum in Littore Fluvij Suider Franicialis ex hac parte Hæreditatis Dembensis post Pratum Plesklocha nuncupatum statuit. Jam vero ex opposito prædicti Decimi Octavi Lali Dembensis trans Fluvium Franicialem Suider in Littore Ejusdem Fluvij Suider Decimum Nonum Lalum alneaticum ea parte Villæ Chyriny, ibi, ubi Prata ejusdem Villæ Chyriny determinantur, et Prata. Fundig Wielgolaskie ad Plagam Orientalem versus Latowiczten-dendo inchoantur, constituit. Vigesimum Lalum

Quercineum

Quercineum in littore Fluvij Pranicialis Suider ex hac parte Hæreditatis Dembe in distantia à Palis Decimo Octavo et Decimo Nono Ulnarum Geometricarum Ducentarum Quadraginta collocavit. Vigesimum primum Palum alneaticum in Littore Fluvij Pranicialis Suider trans Eundem Fluvium ex parte Wielgolas in distantia Centum Sexaginta Ulnarum Geometricarum constituit. Vigesimum Secundum Palum Quercineum in Littore Fluvij Pranicialis Suider ex hac parte Hæreditatis Dembensis videlicet è regione Curiæ Hæreditatis Dembensis in distantia Ducentarum Decem Ulnarum Geometricarum infixit. Vigesimum Tertium Palum Quercineum in distantia Ducentarum Ulnarum Geometricarum in littore Fluvij Suider ex parte Villæ Wielgolas collocavit. Vigesimum Quartum Palum itidem Quercineum in distantia Ducentarum Viginti Quinque Ulnarum Geometricarum in margine Fluvij Suider Pranicialis ex hac parte Hæreditatis Dembensis statuit. Vigesimum Quintum Palum etiam Quercineum in distantia Trecentarum Octo Ulnarum Geometricarum trans Fluvium Suider Pranicialem in concurrentia ibidem parietum Villæ Wielgolas et Oppidi Latowicz secum mutuo cohærentium et per totum hunc à Termino à quo Tractum limitum constitutorum Fluvium Suider antiquitus, et adpræsens decurrentem pro vera et indubitata ad metem Decreti Lat Curialis Pranicie declaravit, atq; unam Ripam ejusdem Fluvij Suider Hæreditati Terrestri Villæ Dembe, alteram Ripam ejusdem Fluvij Villis Regalibus Chyriny, et Wielgolas servire debere per totum Tractum cum omnibus ejus incurvationibus nuntiavit, usumq; communem sæpe dicti Fluvij Suider Utriq; Parti tam Hæreditati Dembensi quam Villis Regalibus Chyriny, et Wielgolas perpetuò adjudicavit. Ad meliorem quoq; notabilitatem Pranicierum hucusq; constitutarum Palos omnes Signaculis unius cujusq; Partis proprijs suos proprios duntaxat Palos

consignare

consignare, tum totum huncce Tractum Limitum margi-
nes utrosq; Arboribus silicum infixis signare utriq; Par-
ti circa suam Lippam promisit, et hoc loco Actum su-
um Commissorialem in Diem Crastinam per Minister-
rialem Regni Generalem Judicij Sui apparitorem
reclamare mandavit. Tandem in Crastino Feria Quin-
ta post Dominicam Cantate proximâ Die videlicet
Quinta Mensis Maij Anno Eodem quo supra reas-
sumpto Actu Commissoriali in Diem hodiernam recla-
mato. Palum Vigesimum Sextum Quercineum in hac
Parte Hæreditatis Dembe in Littore Fluvij Swider
ex opposito obliquo tamen prædicti Pali Vigesimi Quin-
ti infixit. Quo in loco idem Judicium Commissoriale
in Sentorium ibidem expensum se contulit et facta
lectione Decreti Latcurialis necessariam esse ulterio-
rem Ejus Executionem decrevit. Circa quam Judi-
cij Commissorialis Sententiam Pars Citata, utpote
Magistratus cum Communitatibus totumq; Oppidum
Latowicz protestabatur in porrecta ad Actum pre-
sentem Commissorialem Copia hisce verbis videlicet-
De nullitate et invaliditate Actus presentis Commissoria-
lis in ordine Sipationis Scopulorum à Decreto Judicij
Sacræ Regiæ Majestatis Assessorialis sine debita causæ
justificatione precisis omnibus Juris beneficijs et dilatio
nibus per Oppidanos expetitis cum cassatione Lustratio
num, seu Lustrationis Pranicies evincentium vim, et
authoritatem Legis habentium nulli quæstioni, et co-
gnitioni quorumvis Subselliorum Regni subjectanum,
subsecuto, offerendo se circa Documenta, et alia produ-
cenda per hosticum intercepta Ductum Suum rite,
et legitimè circa Demonstrationem Antiquorum
Scopulorum Pranicialium, ac signorum in ejsdem re-
pertorum comportandorum, et comprobandorum in an-
teriori Actu Commissionis expeditum ubi necesse fue-
rit evicturos, et legalitatem ejusdem vi pacificæ Pos-
sessionis Fundorum Aratorum et Sylvarum plusquam
per Centuriata Annorum Sæcula sine omni quæstione

et controversia

et controversia Partis Actoreæ continuata Deductura:
Quâ porrectâ Protestatione Idem oppidani Latovicen:
ses ab inscripta Comparitione temerariè recesserunt,
et se amplius non comparituros declararunt. Here:
ditas verò Dembensis locum Protestationis suæ
inferius suscipiendæ præcustodivit, et interim ulterio:
rem executionem Decreti Posteurialis fieri postula:
vit. Judicium itq; Commissoriale non obstante Prote:
statione supra scripto, tanquam contra authoritatem
Decreti Regij, imò attento Eodem Decreto Contuma:
ciam alicujus Partis non obstare declarante Generoso
Valentino Szymborski Geometra Jurato, Regulam
Commensurationis ante omnia Pratorum inter Bona
Dembe Terrestria, Pratasq; Eorum ab Una, atq; Oppi:
dum Latovicz Parte ab altera extensorum, contro:
versorumq; prescripsit in hunc modum. Quatenus
Idem Generosus Geometra dicta Prata controversa
tum in longitudine Eorum, incipiendo à Palo Vigesi:
mo Quinto in Pariete Villæ Wielgolas et Oppidi Lato:
vicz concurrente, ut supra locato, usq; ad sinuosi:
tatem Fluvij Swider sub Molendino antiquo Lato:
vicensi juxta Decretum Posteuriale, quam in Lati:
tudine videlicet à Fluvio Swider ad Concavitates
Lowyska per oppidanos Latovicenses anterius nun:
cupatas cum omnibus et singulis istorum Pratorum
controvertorum, tam circa Fluvium Swider, quam
circa prædictas Concavitates, Sinuositatibus, aliàs to:
tum planum longitudinis, latitudinis prædictorum Pra:
torum commensuret, et ad quantum totius corpo:
ris Pratorum in ordine Eorundem in duas medieta:
tes dividendorum reducati idq; instantanee; Et quo:
niam Idem Generosus Geometra hanc Commensura:
tionem, tam in longum, quam in latum ad effectum
deduxit. Quocirca Idem Judicium Commissoriale
mutinata maturè Eadem Commensuratione, ac eò at:
tento quodsi exacta ad Literam Decreti Posteuria:
lis Executis Dislimitationis Pratorum Controversorum

fieret tunc propter

fieret, tunc propter vicinitatem proximiorem Granicierum cum Oppidanis Latowicensibus occasio rixarum præberetur. Si verò Dilimitatio eadem rectilinio tali, qualè constituendam Pratorum Controversorum medietatem a scopulo antiquo in anteriori Commissione reserato respiceret, formaretur, ejusmodi occasio litigiorum præscinderetur. Proinde Idem ut supra Jeneroso Jeometra, Quatenus Ille rectam Lineam a Scopulo antiquo anterius reserato erga Fluvium Swider non intercipiendo tamen ex toto Eundem Fluvium Swider verum pro Graniciali tantum, quantum medietas constituenda, requiret, relinquendo per Judicium Commissoriale Ipsi indigitatum consignet, et agros quoscunq; cum interjacentibus Pratis Campestribus, tum inclusis etiam Concavitatibus Pratorum Controversorum, ad hocce rectilineum tantum modo protensis a parte Oppidi Latowicz situatis, ad Hereditatem Dembensem, ex antiquo et adpresens spectantes, et pacificè possessos itidem commensuret, et quantum Eorundem agrorum commensurandorum Judicio suo Commissoriali pro Informatione referat. Facta igitur etiam hac Commensuratione Ipsiusq; per Jenerosum Jeometram relatione, medietatem controversorum Pratorum, videlicet numerum chordarum Jeometricarum Quadratarum Mille Quingentarum Octuaginta Octo, quamlibet chordam simplicem ulnis Triginta computando in se complectentem, exceptis tamen ad mentem Decreti Post Curialis Pratis circa Fundos Dembenses Marginalibus inter Concavitates et agros Dembenses situatis, ad Hereditatem Dembensem exdivisit. Jam verò ad Oppidum Latowicz, alteram similem medietatem Pratorum Controversorum Numerum Chordarum Jeometricarum Quadratarum, itidem Mille Quinquentarum Octuaginta Octo inclusis agris inseminatis, et Pratis interjacentibus Campestribus, tum Pratis ut supra Marginalibus ad Concavitates extensis hactenus per

Hereditatem

per Hæreditatem Dembe possessis designavit et ultra
hanc medietatem numerum chordarum Pëometricarum
Quadratarum Triginta Novem servando Rectilineum
tam ex Pratis controversis, quam ex prædictis agris
Dembensibus inseminatis et commensuratis, ejdem
Oppido Latowicz ex medietate Bonis Dembe exdivi-
sa adjecit, postquam subsecutam tali modo Exdivisio-
nem ad ulteriorem juxta mentem Decreti Sost Cu-
rialis Sacræ Regiæ Majestatis executionem et Pra-
torum controversorum Dislimitationem accessit, et
inupiendo a Littore Fluvij Swider parietaliter hoc
loco, et ulterius inter Oppidum Latowicz, et Hære-
ditatem Dembe Pranicialis. Judicium Commisso-
riale à Palo Quercineo Vigesimo Sexto, ut supra
ex opposito Pali Quercinei Vigesimi Quinti Trans
Fluvium Swider in pariete Wielgolascensi et La-
towicensi locati, infixo progrediendo circa Eundem Swi-
der versus Oppidum Latowicz in distantia Ulnarum
Pëometricarum Trecentarum Quadraginta Trium.
Palum Vigesimum Septimum Quercineum circa
Fluvium Swider ex hac parte Hæreditatis Dem-
bensis. à quo Palo in distantia Ulnarum Pëometri-
carum Ducentarum. Vigesimum Octavum Palum
Quercineum in altero Littore Fluvij Swider in Parte
Latowicensi inde eodem Fluvio Swider parietali
Pranicciali in spatio Ulnarum Pëometricarum Treen-
tarum. Vigesimum Nonum Palum itidem Quer-
cineum in littore Dembe Fluvij Ejusdem Swider,
à quo Palo eodem Ipso Fluvio parietali Pranicciali
Swider procedendo, in distantia Ulnarum Pëometri-
carum Ducentarum Decem. Trigesimum Palum
Quercineum in altero Littore Fluvij Swider in parte
Latowicensi infixit. Ex opposito autem prædicti Tri-
gesimi Pali Quercinei in hoc Littore Dembe Fluvij
Swider Palum Similem Quercineum Trigesimum
Primum locavit, et ad Latus dextrum, ejusmodi
Pali Trigesimi Primi lapidem grandem cum

Inscriptione

Inscriptione= Pranica Latowicz A.1.6.3. in eodem
Lapide incisa. Jam autem ad Latus Sinistrum
ejusdem Pali Quercinej Trigesimi Primj alterum
Lapidem itidem grandem cum Inscriptione= Pranica
Latowicz A.1.6.3. in Eodem Lapide excavata, utrinq;
eodem Lapides immediatè circa sæpedictum Palum
Trigesimum Primum, ad Littus Fluvij Swider collo-
cavit. Idemq; Judicium præsens Commissoriale
dextram Rippam Fluvij Swider Hæreditati Dem-
bensi, Sinistram autem Rippam Oppidi Latowicz,
tum usum communem Fluvij Swider ad mentem
Legum Regni utriq; Larti reliquit. A quibus Lalo
Trigesimo Primo, et duobus prædictis Lapidibus,
circa Eum immediate collocatis, Judicium Idem
Commissoriale rectilinium per sæpedicta Prata con-
troversa inter Dembe et Latowicz situata efformando,
atq; se se rectè versus Scopulum antiqum in principio
Tramitis Granicialis vulgariter Ujazdu Granicznego
per Judicium Suum Commissoriale in ductu anteriori
Hæreditatis Dembe reseratum, et infra latiùs de-
scriptum convertendo, eodemq; rectilinio versus præ-
dictum Scopulum antiquum reseratum directo per
Spatium Ulnarum Geometricarum Ducentarum
Quadraginta, Trigesimum Secundum Palum Quer-
cineum. Inde eodem rectilinio per eadem Prata con-
troversa, spatio itidem Ducentarum Quadraginta
Ulnarum Trigesimum Tertium Palum Quercine-
um. Ab hoc Palo per eadem Prata rectilinio in di-
stantia Ulnarum totidem, Trigesimum Quartum
Palum Quercineum. Hinc ijsdem Pratis recta Linea
in spatio Ulnarum Geometricarum totidem Trigesi-
mum Quintum Palum Quercineum. Inde rectilinio
per hæce Prata Ulnis Geometricis totidem videlicet
Ducentis Quadraginta procedendo, Palum Trigesi-
mum Sextum Quercineum, et ultimum infixit. Ab
hoc itaq; Trigesimo Sexto, et ultimo Palo per

distantiam Ulnar

distantiam Ulnarum Geometricarum Trecentarum
progrediendo, primum Scopulum in sæpedictis Prati
et loco elevationi impositis, in eundem Scopulum
lignis Metallibus, videlicet Carbonibus, tum Scorijs
ferri, et Ferri, vulgo Zuzli zelaznych y sstlanych
ac lanea cum milio erexit. A quo Scopulo eodem
rectilinio per confinia Pratorum controversorum, tum
per agros Hæreditatis Dembensis procedendo, Viamq;
de villa Dembe et oppidum Latowicz transversali-
ter eunten permeando, spatio Ulnarum Geome-
tricarum ijdem Ducentarum Quadraginta, Secundum
Scopulum parietalem: Inde prædictis Fundis Dem-
bensibus, eôdem servatô rectilinio in spatio totidem
Ulnarum, videlicet Ducentarum Quadraginta,
Tertium Scopulum parietalem impositis ijsdem, qui-
bûs supra signis metallibus erexit. Reprotestatur
Hæres Dembensis hoc loco contra Protestationem
Oppidanorum Latowicensium superius in Copia
productam = Quia Illi eadem Protestatione sua,
authoritatem Decreti Post Curialis praxi inusitata,
et objectionibus irrealibus circumscripserunt, et loco
ejus, quod eidem Decreto parere deberent, à Compa-
ritione temerariè recesserunt, taliterq; pœnas læsæ
authoritatis Judicij Post Curialis Regni et Annulatio-
nis Decreti illius succubuerunt, quinimo beneficio
per novum istud Moderamen Judicij præsentis
Commissorialis, ultra sonantiam Decreti Post cu-
rialis agrorum Dembensium Oppido Latowicz
applicatorum pacifice per Dembe possessorum tum
Pratorum ejsdem agris adjacentium, medietatemq;
Geometrice pro Oppido Latowicz respectu alterius
medietatis dictorum Pratorum Hæreditati Dembensi
commensuratæ, emensuratam excedentium, ob præ-
mentem Solius nonnisi Rectilinij necessitatem
ad infra specificandum Scopulum antiquitus

reseratum

reseratum efformati motu Judicij presentis Commissori-
alis subsecuto, se ingratos, et per id indignos red-
didenunt, salvam sibi pro pœnis Circumscriptionis
Decreti et ejus convulsionis Contraventionis actio-
nem reservando. A quo suprascripto Scopulo eodem
rectilinio, per Fundos Dembensis, tum per viam pu-
blicam transversaliter occurrentem de Oppido
Laryssow, ad Oppidum Latowicz tendentem progre-
diendo ad Scopulum antiquum in principio Trami-
tis Pranicialis, vulgariter Ujazdu Pranicznego
non procul à suprascripta via strata publica de
Laryssow ad Oppidum Latowicz tendente situatum
et per Judicium Commissoriale in Anno Millesimo,
Septingentesimo, Quinquagesimo Nono, sub tem-
pus ductus Hæreditatis Dembensis: prout Actus
Commissorialis immediate supra dicti Anni expe-
ditorum Ductuum Partium obloquitur: / resera-
tum, ac Decreto anteriori Commissoriali Anni
Millesimi, Septingentesimi, Sexagesimi Ipsius
pro vero antiquo Scopulo parietali inter Fundo
Oppidi Latowicz, à parte Sinistra, atq; Fundos Hæ-
reditatis Dembe, à parte dextra protensivos, nec
non Decreto Consiliali Sacræ Regiæ Majestatis,
Anni Millesimi, Septingentesimi, Sexagesimi Se-
cundi ex Controversijs lato agnitum per Spatium
Trecentarum Ulnarum Geometricarum devenit,
et eundem Scopulum parietalem antiquum, impo-
sitis Similibus, quibus supra signis Metallibus reno-
vavit, et de Terra in magnitudine notabiliori de-
vavit. Quo Tramite Pranicziali videlicet Ujazdem
ulterius ad plagam inter ortum et meridiem So-
lis æstivalem parietaliter inter Fundos Latowicen-
ses a sinistra, atq; Fundos Hæreditatis Dembe
à dextra procedendo, ac utriq; Parti Possessionem

antiquam

antiquam ulteriorem servando, progrediendo Ulnas Geo:
metricas Ducentas Quadraginta Scopulum secundum
parietalem impositis in Eum similibus Signis, Me
tallibus, à Dextra Parte prædicti Tramitis ad Latus
Fundorum Dembensium sipavit. Ex inde Ulnas Geo:
metricas Ducentas Viginti Eodem quo supra Tra:
mite transcendendo in virgultis, à parte Sinistra præ:
dicti Trimitis ad Latus Campi Latovicensis in virgul:
tis, Tertium Scopulum parietalem impositis supra
descriptis Signis Metallibus erexit. Et ulterius ulnis
Geometricis itidem Ducentis Viginti distantia sæpe
dicto tramite Granicali parietali perrexit, et à dextra
parte Ejusdem Tramitis ad Latus Fundorum Hæ:
reditatis Dembensis, Quartum Scopulum appositis
illi, huisce, quibus Supra signis Metallibus in
Virgultis erexit. Ulterius eodem Tramite, scilicet
Usadem Scientum in distantia Ulnarum Geometrica:
rum Trecentarum, à sinistra parte prædicti Tramitis
in Latere Fundorum Latovicensium in Virgultis
circa viam Rudawanska transversaliter ad viam Ho:
laczki protensam, Quintum Scopulum parietalem,
A quo Quinto Scopulo in distantia itidem Trecenta:
rum Ulnarum Geometricarum, eodem Tramite Grani:
ciali procedendo, à dextra parte profati Tramitis ad
Latus Fundorum Dembensium in Campo patente,
Sextum Scopulum parietalem. Inde eodem Tramite
Granicali Ulnis Geometricis, similiter Trecentis pro:
grediendo, Septimum Scopulum parietalem a Sinistra
parte, sæpedicti Tramitis Granicialis ad Latus Fundo:
rum Latovicensium. Ulterius itidem Trecentis Ul:
nis Geometricis procedendo, eodem Ipso Tramite Grani:
ciali, versus campum montorum, circa determinium
Virgultorum infra viam de Olexanka, ad Dembe trans:
versaliter tendentem. Octavum Scopulum parietalem
à dextra parte sæpedicti Tramitis Granicialis a La:
tere Fundorum Dembensium. Inde Ulnis Ducentis

Viginti Decemtricis transeundo predictam viam de Olexianka ad Dembe transversaliter euntem, eodem Ipso Tramite parietali, et ubi Trames in parte coaratus apparuit, ibidem rectilinio per sulcos Dembenses steriliter, alias Ygorem relictos adpresens sumpto, à Sinistra parte predicti Tramitis à Latere Amporum Latovicensium Nonum Scopulum. A quo Scopulo in distantia Ulnarum Ducentarum Viginti Quinque, eodem Ipso Tramite Decimum Scopulum parietalem a parte Dextra predicti Tramitis in Latere Fundorum Dembensium. Hinc in Spatio Ulnarum Trecentarum, à parte Sinistra predicti Tramitis parietalis Granicialis in Latere Amporum Latovicensium Undecimum Scopulum. Ulterius ab eodem Scopulo in distantia Ulnarum Trecentarum a parte Dextra Tramitis parietalis in Latere Hæredidatis Dembensis in Virgultis Duodecimum Scopulum parietalem. Inde progrediendo Ulnis itidem Trecentis Decemtricis à parte Sinistra Tramitis Granicialis in Latere Fundorum Latovicensium in Virgultis Scopulum Decimum Tertium Parietalem. A quo Scopulo Ulnis Ducentis Quadraginta eodem Tramite, vulgariter Ujàrdem Granicznym circa exundationem modernam aquarum piscinæ antiquæ Dembskich Scopulum Decimum Quartum parietalem a parte dextra predicti Tramitis in Latere Hæredidatis Dembensis impositis, ejdem Scopulo, sicut aljs prioribus Scopulis usq hactenus continuatis, ijsdem quibus supra à principio Spationis Scopulorum specificatis Signis Metallibus exivit. Inde Spatio Ulnarum Decemtricarum Centum octuaginta, eodem ipso Ductu aquis piscinæ Dembskich inundato recte procedendo Judicium præsens Commissoriale devenit ad Fluvium Jalina nuncupatum transversaliter decurrentem, in quo Fluvio Jalina apparet hucusq Piscina antiqua

Hæredum Dembskich

Hæredum Dembsklich in Decreto Franciali Commissoriali
Anni Millesimi, Quingentesimi Quadragesimi Tertij expres-
sa, circa quem transversalem Fluvium Jalina parietis
utrorumq; Bonorum, videlicet Oppidi Latowicz à parte
sinistrâ; Jam vero Hæreditatis Dembe, a parte dextra
circa ipsummet initium, alias pry wierzchowisku
Piscinæ antiquæ Dembsklich in Fluvio Jalina sitæ ubi
adpresens extructum est demissorium Aquarum alias
Upost, nuncupatum, ex rei ipsius videlicet prædictæ pi-
scinæ Dembsklich evidentiâ; Judicium præsens Commis-
soriale ad mentem Decretorum tam anterioris Judi-
cij sui Commissorialis, Anni Millesimi, Septingentesi-
mi, Sexagesimi, quam Decreti Post Curialis Regni An-
ni Millesimi, Septingentesimi, Sexagesimi Secundi de-
terminium constituit, et in eodem determinio parietis
hinc inde Communis, à parte dextra ejusdem parietis
circa demissorium Piscinæ antiquæ Dembsklich Judi-
cium præsens Commissoriale ad Littus prædicti Fluvij
Jalina Scopulum ædilitatis Hæreditariæ Dembensis
de Terra cum infixo in medio ejusdem Scopuli Palo
Quercineo; Jam autem ex opposito ejusdem Scopuli a-
cialis Dembensis videlicet in parte Sinistra, similem
Scopulum ædilitatis Oppidanæ Latowicensis cum in-
fixo itidem in medio hujus Scopuli Palo Simili Quer-
neo, et impositis in utrumq; hunc Scopulum Signis Me-
tallibus ijsdem Ipsis quibus Supra erexit. Tandem
transeundo eundem Fluvium Jalina transversalem
ad plagam meridionalem in altero Littore prædicti
Fluvij Jalina innitium parietis à parte dextra Hære-
ditatis Bonorum Budrisko ad Bona Dembe attinen-
tium, aliàs in Corpore Fundorum Dembensium, situa-
torum, a parte verò Sinistra Villæ Regalis Redzi-
skie nuncupatæ ad Capitaneatum Latowicensem
spectâtis, ad mentem prædallegatorum Decretorum
tum ex agnitione etiam Communitatis Villanæ
Redzinensis parietem suum attentâtis, et in eodem
pariete personaliter adstantis declaravit, in eodemq;
ipso initio parietali a parte Dextra circa Littus Flu-
vij Jalina in hac parte Demissorij Piscinæ antiquæ

Dembsklich

Dembskich Hæreditatisq Budzisk Scopulum angularem cum
infixo in medio illius Lato Quercineo. Jam vero exoppo:
sito Ejusdem Scopuli Budziscensis in parte Sinistra
circa Littus prædictì Fluvij Jalina similem Scopulum
ijsdem quibus supra signis Metallibus erexit. Ac ex
loco isto inchoando parietem Bonorum Terrestrium
Budziska à dextra, jam vero Villæ Regalis Radzin:
skie a sinistra, eodem ipso pariete ulteriùs locis luto:
sis circa Lisciam antiquam Dembskich adpresens
aquis repletam, seu circa aggerem ejusdem piscinæ
procedendo Ulnis Geometricis Centum Quinqua:
ginta Latum Quercineum Primum. Inde vero Ulnis
itidem Centum Quinquaginta ijsdem locis lutosis
à Latere aggeris piscinæ antiquæ Dembskich pro:
grediendo Latum Secundum Quercineum. Hinc si:
militer in spatio Ulnarum Geometricarum Centum
Quinquaginta prædictis Locis lutosis Tertium La:
tum Quercineum. Abinde in Distantia pariterì Ul:
narum Centum Quinquaginta hisce ipsis Locîs lu:
tosîs Latum Quartum Quercineum. A quo Lato
ulteriùs ijsdem locis lutosis in spatio simili Centum
Quinquaginta Ulnarum Geometricarum Quintum,
et ultimum Latum Quercineum in directa linea,
Judicium præsens Commissoriale infixit. A quo Lato
Quinto et Ultimo exeundo è locis lutosis rubetisq
in ijsdem locis ubiq excretis, in distantia Ulnarum
Centum Quinquaginta Scopulum primum parieta:
lem impositis ijsdem signis metalibusî, qualia in
prioribus Scopulis Angularibus sunt specificata, Jus:
dicium Commissoriale sipavit. Ab hocce quoque Sco:
pulo, eodem quo supra Framite apparente vulgari:
terì Ujæden Granicznym parietaliterì inter Budzis:
ka, et Redzinskie protenso, per spatium Ulnarum
Trecentum scopulum secundum parietalem, à par:
te Sinistra scopediti Framitis in Latere Fundorum
Villæ Redzinskie. Ulteriùs Spatio Ulnarum itidem

Trecentarum

Trecentarum deveniendo, ad Vallem in eadem Valle in initio Ipsius: rectilinio servatô: Tertium Scopulum parietalem. A quo loco per vallem ad Tramitem, tum eo ipsô Tramite antiquô progrediendo per Spatium Trecentarum Triginta Ulnarum Scopulum Quartum parietalem in medio ejusdem Tramitis Granicialis. Ulterius per Distantiam Trecentarum itidem Ulnarum sæpedicto tramite Granicali procedendo in medio similiter prædicti Tramitis Scopulum Quintum circa viam de Redzinskie, ad Virgulta transversaliter tendentem. A quo Scopulo Trecentis Triginta Ulnis Geometricis rectilinio sæpedicto Tramite Granicali procedendo Sextum Scopulum parietalem in medio Ejusdem Tramitis. Inde similiter Ulnis Trecentis Triginta sæpedicto Tramite procedendo, atq; alteram viam de Redzinskie ad Virgulta transversaliter tendentem, tum et Tertiam viam similiter, de Redzinskie ad Rubeta transversaliter currentem transcendendo, Septimum Scopulum parietalem circa eandem viam, in medio prædicti Tramitis. A quo Scopulo ulterius eodem Tramite Granicali, in distantia Ulnarum Geometricarum Ducentarum Triginta Trium non procul a via de Radzinskie sive Jaliny versus Villam Pod Terrestrem transversaliter tendente Scopulum Octavum parietalem in Eodem Tramite Granicali. Ulterius ab hoc Scopulo in viam supra specificatam de Radzinskie sive Jaliny versus Pod tendentem, ex eodem Granicali Tramite descendendo, atq; hac ipsa via pro Granicali ad mentem Decreti Commissorialis anterioris, et Lustrialis sumpta per moderamen Judicij præsentis Commissorialis in primemorato anteriori Commissoriali Decreto indigitata versus Pod progrediendo in distantia ab Octavo Scopulo Ulnarum Trecentarum Triginta, a parte dextra ejusdem viæ in Latere Fundorum Budziscensium Scopulum Nonum. Inde hac

ipsa via

ipsâ viâ per prælmemoratum Moderamen Commis-
soriale anterius adinventum designata, procedendo Spatiò Ulnarum Trecentarum Triginta, Decimum Scopulum a parte sinistra istius Viæ in Latere Fundorum Reduinsllie. Hinc eadem Viâ Pranicialì Moderaminis adinventi procedendo, Fossamq; sive Vallum de Terra antiquitus erectum transversaliter occurrentem transcendendo istoq; Vallo in Angulum deflexo simultaneè cum eadem Via protensivo progrediendo, Undecimum Scopulum in distantia Ulnarum Trecentarum Triginta in eadem parte dextra sæpedictæ Villæ, in qua parte etiam Fossa prædicta continuatur, simili quo supra modo erexit. Ex opposito ejusdem Scopuli parietalis alterum Scopulum in parte sinistra ejusdem Viæ in Latere Fundorum Raduinsllie, tamquam in determinio parietis Reduinscensis Judicium præsens Commissoriale erigere intendebat, Verum quoniam Communitas Villæ Reduinsllie ulterius parietem suum circa prædictam Viam protendi contendebat, Jam vero Communitas Jalinensis hunccè parietem Raduinensem hoc loco terminari allegabat. Ideo non descendendo in controversias Earundem Communitatum Villanarum Regalium, neq; in hac Controversia earum illis inquopiam præjudicando, ab erectione Scopuli prædicti Raduinscensis supersedit. Verum ulterius sæpedicta via et Valla, circa eam situato progrediendo in spatio Ulnarum Trecentarum Triginta Duodecimum Scopulum parietalem in parte dextra istius Viæ, in parte dextra in Latere Fundorum Sylvestrium Budriscensium in distantia verò aliquot postritum Vallum passuum consuetorum sipavit Ulterius hâc Ipsâ Viâ progrediendo, et quodam assumpto Viaculo, ex eadem via, versus Australitatem infra scriptam in partem sinistram recte ad plagam Meridionalem protensivè deflexo, tanquam pro Pranicialì per anterius Commissoriale moderamen adinventum

et Decreto

